tercia ſeu per tres dies· repreſentantes tridua
nam domini ſepulturam· ſeu reſpectū h̄ntes ad
reſurrectioneꝫ xp̄i qui die tercia reſurrexit· re
ſurrectōꝫ cū xp̄o mortuis poptantes ſeu ad tri
nitatem vel vt ꝙ viuentes tripliciť peccauerūt
videlꝫ cogitacōe verbo et ope· remittatur eiſ
dem Alij vero faciunt miſſam celebrari· ſeptem
diebus ſeu per ſepteꝫ dies ⁊ vtrunqꝫ ꝯtinetur in
libro numeri· xliij· c· vbi dicit̄ ꝙ qui tetigerit
cadauer mortui hominis immundus erit ſeptē
diebꝫ vnde aſpergatur aqua tribꝫ diebꝫ ⁊· vij·
⁊ ſic mūdabitur· Sane immundus ꝓpter cadauer
mortui hominis ſignificat pollutaꝫ aīaꝫ ꝓpter
mortua op̄a· Celebratur ḡ per ſeptem dies· p̄
mo vt defunctus ad ſabbatum eterne quietis ⁊
cius valeat peruenire Secundo vt ei remittant̄
omnia peccata que ꝯmiſit in vita ſua· q̄ per vij·
dies ducitur Tercio ꝓpter ſeptenarium anime ⁊
corporis Anima eīm tres h̄ꝫ vires· ſcꝫ racionabili
tatem· ꝯcupiſcibilitatem ⁊ iraſcibilitatem· Cor
pus vero ꝯſtat ex quatuor elementis· vt ḡ pec/
cata que homo per hoc ſeptenarium ſiue ī hac
vita (que per ſepteꝫ dies ducit̄) ꝯmiſit deleant̄
ſeptenarium mortuis celebrat̄· Quarto ſic filij
iacob defuncti fleuer̄t p ſeptem dies vt p̄mi ſſ
ſuꝫ eſt· ita ⁊ eccleſia pro ſuis defūctis celebrat
officium ſeptem diebus· Quidam autem faciunt
nouendiale· id eſt officium nouem dieꝝ· vt p
hoc officium mortuoꝝ· anime a penis liberate
nouem angeloꝝ ordinibus aſſocient̄· hoc tamē
a q̄buſdam non approbat̄· ne gentiles imitari vi
deamur· a quibus hoc ſumptum eſſe videtur·
qui nouem diebus lugebant mortuos ſuos ⁊ in
nono die cineres eoꝝ piramidibꝫ vel in buſtis
recondebant Alij vero celebrari faciunt pro de
fūctis triginta dies vl̄ triceſimo die· Primo qꝛ
filij iſrahel tot diebus fleuer̄t moyſen ⁊ aaron
vt premiſſum eſt Secundo ideo qꝛ ter decē fa
ciunt triginta· p ter eīm trinitatem· per decē de
calogum intelligimus Tercenariuꝫ ḡ mortuis
facimus vt quod in obſeruacione decalogi ſeu p̄
ceptoꝝ xp̄i· ꝯtra trinitatem peccauerunt eis
dei miſericordia ꝯdonetur· Tercio qꝛ numerus
lune triginta diebꝫ perficitur· ideo triceſima
die ſ· xxx· diebus fit mortuis offīn· vt op̄a eoꝝ
coram deo plena eſſe intelligant̄· Quidam ꝙꝫ
quater decies celebrant ſiue quadragenarium
faciunt vt quod illi in doctrina quatuor euāge
lioꝝ· et in decem p̄ceptis legis peccauer̄t ſibi
ꝯdonet̄· Rurſus qui diem quadrageſimum ſer
uant repn̄tant dominicaꝫ ſepulturaꝫ· optāres
mortuis gl̄iam habere cum xp̄o· qui q̄dragita
horis iacuit in ſepulcro· ꝯputata hora in qua
emiſit ſpm̄· et vltima hora noctis dominice· in
qua reſurrexit ſm̄ aug· Repreſentant eciā· qꝛ
vt premiſſum eſt mortuo iacob filij eius luxer̄t
quadraginta diebus· Alij quinquagenariū fa
ciunt· qm̄ ſicut beda et greg· dicunt· in glo· ſu
per locum illum vbi habet̄ ꝙ abrahā queſiuit
a dn̄o volente ſubuertere ſodomam· ſi quinqua
ginta fuerint ibi nunq̄ deſtrues eos· ⁊ r̄ndit
dn̄s non· Quinquagenarius nūs perfectus eſt
et ſignificat annum iubileum· i· octauam etatē
in qua erit remiſſio et plena libertas· vt ergo
anime defunctoꝝ plenariam libracōm· et pec
catoꝝ ſuoꝝ remiſſionem adipiſcant̄ quinqua
ginta diebus pro illis celebrant offīn· Nonnlli
eciaꝫ celebrant centeſimum dieꝫ vt mortui tran
eant a leua in dexteraꝫ· a malicia in triumphūa
terra in celum· a miſeria in gl̄aꝫ· a morte in vitā

Optant eñ illis eternã beatitudinē qui ꝑ cen
tenarium vltra quem non eſt nũs deſignatur·
Quidã vero anniuerſariũ obſuant triplici de
cã· Primo vt defuncti de annis calamitatis per
ueniant ad annos eternitatis ſiue ad vitã eternam
que ſine fine eſt· et quaſi annus in ſe reuoluit· E
qꝛ ibi eſt ydemptitas et nulla repitu r varietas
Scdo qꝛ ſic ſanctoꝝ anniuerſarium ad ipſoꝝ
honorem et noſtram vtilitatem celebramus· ꝑ
ut dictum eſt in prohemio huius partis· ſic et
ãniuerſariũ defũctoꝝ ad ipſoꝝ vtilitatē ꝯ nrãz
deuocionem· Tercio dies anniuerſarij pro de/
functis ideo repetitur· qꝛ ſm aug· qualiter ſit
eis in alia via neſcimus· et melius· vt eis ſupſit
beneficium noſtrum q̃m deſit· Anniuerſarium
autem ſi otigerit in die dominica vel in aliqua
celebrari ſolemnitate· non dꝫ mutari ad ſequen
tem diem· prout fit in feſtis ſanctoꝝ· ſꝫ fiat in
die precedenti vt cicius occurrat̃ penis defunc
toꝝ quas in purgatorio ſuſtinent Defuncti eñ
noſtro indigent auxilio ꝯ beneficio ſꝫ non ſancti
In die quidem feſtiuo. anniuerſarium non debꝫ
celebrari· nec miſſa pro defunctis dici niſi cor
pus pñs fuerit tunc ſic· qꝛ omni tempore pōt
miſſa pro defunctis celebrari cadauere preſēte
niſi in paraſceue· Tunc eñ non dꝫ corpus intu
mulari nec miſſa pro eo cantari· quia tunc cor
pus xpi ymolari non dꝫ· ſꝫ vſqꝫ in craſtinum re
ſeruetur· et tunc ſcꝫ in ſabbato poteſt miſſa ꝑ
illo cantari et corpus ſepeliri· Sil̃r ſi quis i die
paſce moriat̃ corpus eꝰ vſqꝫ in craſtinum reſer
uetur ſup terrã et tunc cum celebracione miſſe
ſepeliatur· Non eñ debꝫ corpus ſepeliri abſqꝫ
miſſa· q̃uis contrarium fiat in pleriſqꝫ locis· Li
cet autem ſm gabiloñ· ꝯcilium· quottidie fit ꝑ
defunctis orandum et ſacrificandum in premiſ
ſis tamen diebus hoc ſpecial̃r agitur ab amicis
Siquidem aliqui omni tempore· feſtiuis diebꝰ
dumtaxat exceptis· generaliter orant pro defũ
ctis in offõ veſptinali ꝯ matutinali· Alij miſſã
quotidie pro eis celebrant· Alij in menſ inicio
nouem pſ̃· ꝯ nouem lectiones et nouẽ rñſoria
cantant· Et quidem ſancta et ſalubris eſt cogi
tacio pro defunctis exorare vt a pctis ſoluantur
In quibuſdꝫ locis non dicitur in eccleſia officiũ
mortuoꝝ· a quinta feria cene domini· vſqꝫ ad
octauas penth· dicentes q̧ oia officia illiꝰ tpis
debent eſſe breuia· nec in dominicis diebus·
Legitur autem q̧ quidam abbas prohibuit mo
nachos ſuos celebrare dñicis diebus ꝑ defũctis
ſꝫ mortui ꝓpter hoc duriſſimis verberibus eum
affligerẽt ꝯ ideo prohibicõẽ hmõi reuocauit· Et
nota q̧ ſuffragia que fiunt in eccleſijs pro defũ
ctis valde boniſ actiones ſunt graciaꝝ· ille eñ
anime que ſunt perfecte bone· ſtatim cum egre
diuntur a corporibus euolant ad celos· nec ſub
ſidijs noſtris egent· Pro valde malis fiunt qua
leſcunqꝫ ꝯſolaciones viuoꝝ· eis enim ſubſidia
noſtra non proſunt· qm̃ anime illoꝝ ſtatim de
ſcendũt ad infernũ· Pro mediocriter bonis qui

ſcꝫ ſunt in purgatorio ſunt expiacõs· Pro me
diocriter malis qui ſcꝫ ſunt in inferno ſunt ꝓpi
ciaciones· ſiue penaꝝ mitigaciones· Nam ſcdm
aug· quibus proſunt· aut proſunt· vt ſit plena
remiſſio· aut certe vt tolerabilior ſit dampnacio
Quidam tñ pro eoꝰ ſumunt mediocriter bonoſ
et mediocriter malos· q̃s vocant ñ valde bonos
qui videlꝫ narrant purgatorium· qui viuentēs
iniunctam pñiã non perfecerunt q̃bus proſũt
elemoſine· oraciones· ieiunia ꝯ ſacrificia que ꝑ
eis fiunt· Nam (vt dicunt) eis qui ſunt in infer
no nihil proſunt· Illud eciã nota q̧ ſm hiero·
cum pro cunctis animabus· pſ̃· vel miſſa dicit̃
non minus q̃m ſi pro quolibet diceretur accipi
tur· Circa hoc tamen dici poteſt q̧ ſi ſuffragia
fiunt in ſpeciali magis proſunt illis· pro q̃bus
ſpecial̃r fiunt q̃ alijs· ſi fiunt in genere ſeu in oĩ
magis proſunt illis qui plus meruerĩt in hac vi
ta vt ſibi prodeſſent· ſi in equali vel maiori nece
ſſitate exiſtunt· Lꝫ igitur ſm aug· non proſunt
omnibus pro quibus fiunt· quia tamen neſcimꝰ
quibus proſint vel non pro omnibus facienda
ſunt ne aliquis pretermittatur Melius nanqꝫ ſu
pererunt eis quibus nec obſunt nec proſunt q̃
deſint eis quibus proſunt ꝯ idẽ dies ãniuerſarij
fit vt premiſſum eſt· Sed nunq̃ ſuffragia eis q̃
qui ꝓpter mortale peccatum in caritate non eſt
ꝓſunt ei qui in caritate receſſit· Rñdeo opa ſa
cramentalia vt miſſa· offm̃ mortuoꝝ· collecte ꝯ
ſimilia per talem facta bene valent· ſꝫ et defunc
to proſunt· tum quia illa a deo non ab opante
efficaciam hñt· Tum quia ille non ꝓprio nomine
ſꝫ quaſi ſindicus omniũ videlꝫ tocius eccle noīe
hoc agit ſm ea· que dc̃a ſunt in prohemio q̃rte
ptis Si ꝟo tanq̃ priuata pſona alia ſuffragia
facit· aut hoc agit alio noīe aut ſuo ꝓprio Si ali
eno· vt qꝛ defuncti ſeu alterius in caritate exiſ
tentis iuſſu de illius bonis elimoſinã tanquam
miſter· pro eo facit· tunc quid illi ꝓdeſt· qm̃ is
intelligitur facere cuius mandato facit· vt qui
mandat ſolui ipſe ſoluere videtur· Hinc eſt q̧ ꝑ/
egrinacionis votum ab vno emiſſum· alter eius
iuſſu exequi poteſt Idẽ eſt ſi duo quoꝝ alter
in caritate eſt· alter ñ· pro defuncto pſalteriũ
legunt· et ſi elemoſina dat̃ iuſto vt oret pro de
functo· Hijs etenĩ caſibus prodeſt defuncto rõe
caritatis hoīs iuſti adiuncti· Si aũt ſuo priuato
nomine· ꝯ de ꝓpꝛio quis pro illo elemoſinam dat·
vel orat vel ieiunat vel al̃r ſe affligit· quaſi oĩr
dicunt theologi q̧ talia in nullo proſunt ei· ſ̃ñã
legitur joh· ix· Scimus qꝛ peccatores deꝰ non
exaudit· ſꝫ illud ceci et non euangeliſte fuit ver
bum· et yſa· i· Cum multiplicaueritis oraciones
non exaudiam· manus eñ veſtre ſanguine id eſt
peccatis plene ſunt· ymo ſm auguſtinum· Dum
is qui diſplicet ad intercedendum mittitur ira
ti iudicis animus ad deteriora prouocat̃· Deus
enim iniquoꝝ dona non reſpicit· et iuſtoꝝ ſolꝰ
oraciones exaudit· Item dñs ꝑ amoſ ꝓphetam
vota pinguiũ terre· i· peccatoꝝ non recipiam·

Vñ cum pauci ſine crimine viuant· talis ſnīa q̄
miſericordiam· et tot ſuffragia defunctis adi/
mit et viuoꝝ caritatem ad illos refrigeſcē facit
nimis dura· et ideo non ſequenda videtur· Si
enī omniū (q̄s oſciaculpe arguit) ſuffragia con
dempnamus illi paucoꝝ ſuffragijs iuuabuntur·
dicendum eſt· videtur ꝙ q̄uis ſuffragia eius q̄
et ſi non in caritate in fide tamen eſt· illi qui in
caritate deceſſit non proſūt ex merito vite agē
tis· qꝛ tñ illa fiunt ſm doctrinam eccleſie· et per
eum qui in fide eſt· et pro eo qui talia recipere
meruit beneficia vbi deficit caritas agentis ſup
plet meritum fidei et caritas eccīe talia dictan
tis ac defuncti capacis ſuſcipientis· necnon et
liberalitas dei miſerentis· qui (ſm ambroſium)
bñficia non reuocat ymo cumulos liberalitatis
amplificat et ſua liberalitate opus ab alio fcm
proinde reputat· ac ſi per illum pro quo fit fa
ctum eſſet· Nam (ſm iura) aliquo alienū debitū
exoluente ipſe debitor liberatur· et ſi ſuo lega
ta ſit libertas· ſi ticio decem preſtiterit q̄cunq̄
illa die decem preſtante liber eſt· ſꝫ et per eum
qui capax non eſt alteri legatum et hereditas
acquiri pt̄· Et is qui ob crimen pro alijs poſ
tulare prohibetur· pro ſe et pro his q̄ꝝ curaꝫ
gerit admittitur· Et ſm aug· q̄uis in lapideo
canali nil generet̄· tñ aqua inde tranſiens ter/
ram fecundat· Et hiero9· Si quando videris
inter multa opa peccatoꝝ quenq̄ facē aliqua
que iuſta ſunt ñ eſt tam iniuſtus deus· vt ꝓpter
multa mala paucoꝝ bonoꝝ obliuiſcatur Sane
defuncti ſciunt ſuffragia que pro eis fiūt trib9
modis ſm aug· Primo per diuinam reuelacōeꝫ
quando ſcꝫ deus eis reuelat Secundo ꝑ bonoꝝ
angeloꝝ manifeſtacionem· Angeli enim qui ſꝫ
ſemper nobiſcum ſunt· et omnes actus noſtros
oſiderant quaſi in inſtanti poſſunt ad eos de/
ſcendere et eis protin9 nunciare Tercio ꝑ aiaꝝ
hinc exeuncium intimacioneꝫ· Quarto ꝑ expien
ciam· cum videlicꝫ ſe a penis ſenciunt releuari·
Sciend̄ autem ꝙ defuncti valde mali neſciūt q̄
a viuis agitur· ñ quatenus eis ſcire ꝑmittit̄·
ſꝫ nec mediocriter boni· adhuc in igne purga
torij oſtituti qui nondum dei viſione fruuntur ñ
quatenus per aliqueꝫ de premiſſis modis ꝑmit
titur eis ſcire· Sed valde boni qui iā ea fruunt̄
bene ſciunt q̄ hic agitur· iux̄ illud greg· Quid
eſt quod neſciant q̄ videnteꝫ omnia vident Alij
tñ dicunt eos ſcire omnia que eis neceſſaria ſūt
et non alia Vnde pſa· ex pſona ppli afflicti ait ab
rahaꝫ· pater veſter neſciuit de hoc· Et vtꝝ mor
tuis cura ſit de viuis· Aug9· late proſequitur·
in libro de cura pro mortuis habenda· Adhuc
ſicut aug9 ait· multi aliquos ex mortuis· vel in
ſompnijs t alio q̄cunq̄ modo viuis apparē credt̄
Et vbi eoꝝ inhumata laterent corpa· atꝫ vt eis
ſepulcra fierent et alia hmōi innumera ſepe ad/
monuiſſe· et illa vera reptuꝫ eſſe in dialogo gre
gorij· et in alijs pleriſq̄ ſcripturis autenticis re
peritur Veruntamen vt idem aug9· in premiſſo
libro ait· Quamuis mortui tlia in ſompnis indica
re vel petere videant̄· non ideo putand̄ eſt eos
iſta ſentire· Nam et viuentes plerumq̄ apparent
in ſompnis dormientibꝫ dum ipi ſe neſciunt appa
rere et ab eis qui hoc ſompniauerunt audiſſe dicē/
tibus ꝙ eos in ſompnis agentes aliq̄ vel loquen
tes viderēt· Vnde (vt dicit) credend̄ eſt q̄ hec ſūt
angelice opaciones per diſpenſacōeꝫ ꝓuidēcie
dei ad qualecunq̄ ſolaciū viuoꝝ· Concilium eēc
antiquitateñ· ait ꝙ pleriq̄ demonuꝫ illuſioni/
bus et fantaſmatibus ſepe ſeducunt̄· Officium
mortuoꝝ imitatur omnino triduanam xpi ſe/
pulturaꝫ· Sicut enī in illo triduo itaq̄ in ſꝫ offi
cio omnia laudis cantica ſubticemus et ſolenni/
tates quaſlibet ſubtrahimus· Nam in miſſa bñ/
dictiones ab epō non petim9· nec i agenda dici
mus· Domine labia mea aperies· nec· De9 in ad
iutorium meū· nec bñdicamus· nec inuitatoriū·
ñ corpus pñs ſit· et eē in vigilijs· nec glā patri
ad reſponſoria vel in fine pſalmorum· nec ad le
ctiones benedictionem petimus vel dam9· nec
dicimus Tu aū· vel deo gracias· nec in miſſa al
leluia· nec glā in excelſis· nec ite miſſa eſt· ſtaꝫ i
veteri lege prohibitū fuit oleū leticie et thus
ſuauitatis pro pctō offerri Mors etenī eſt vin/
dicta peccati· Vnde vbi peccatuꝫ· ibi tenebre·
Nec dꝫ eſſe leticia· nec canticoꝝ leticie decanta
cio· vbi eſt luctus et otriſtacio mentiſ ac exeq̄
pro mortuis celebrant̄ cum luctu Rurſus lau/
des ſupprimimus· qꝛ quo mortui tranſeunt ig/
norantes neſcimus· vnde laudare dñm debea/
mus de iuſticia vel de miſericordia· Gaudium re
primimus· qꝛ triſtes in hunc mdm intrauimus·
et triſtiores exiimus· Non ḡ ſequencia debꝫ dici
que eſt canticum exultacionis· Adhuc licet in
miſſa pro viuis debeāt omnes thurificari ad de
ſignandum ꝙ illoꝝ oraciones ad celeſtia diri/
gunt̄· in miſſa tñ pro defunctis non dꝫ thus ꝑ
choꝝ portari nec offerri· i· altare thurificari·
ſꝫ circa corpus tm̄· quia hoc in lege prohibitū
fuit· vt iam premiſſum eſt· Nullus ergo in hoc
officio thurificatur· ad notandum ꝙ mortui nl
amando ſuis valent orōibꝫ promereri· Vñ pſ·
Non mortui laudabunt te dñe· ipa aū defuncto
rum corpora thurificantur· et aqua bñdicta aſ
perguntur· ñ vt eoꝝ peccata tollant̄· q̄ tunc
per talia tolli nequeunt· ſꝫ vt omnis immundo
rum ſpūum preſencia arceatur· et fiunt eciaꝫ in
ſignum ſocietatis et oīonis ſacramentoꝝ quaꝫ
nobiſcum (dum vixerunt) habuerunt· Vnde et
diaconus tradit· ꝙ antiquitus viui mortuos oſ
culabantur in ſignum vnitatis· quam cum ipis
habuerunt· Proſūt eciaꝫ hec et ſimilia· in q̄tum
per talia ipi deo reuerencia exhibetur· Quare
aū duplex verſus ponitur in introitu ꝓ defunc
tis ſcꝫ Te decet· et exaudi oracionem meam· ꝛc·
dcm eſt in ſexta pte ſub ſabbato· iij· ebdomade
quadrageſime· jtem in miſſa pro defunctis non
dꝫ intermiſceri oracio pro viuis· prout dictum
eſt in quarta pte ſub ti· de oracione· Pax eciam

non datur triplici racione. Primo q̄ꝛ hoc offm̄
(vt iam dictū eſt) triduanam xp̄i ſepulturam ve
ſtigio ſequitur. vbi pax non datur. ꝓpter iude
oſculum deteſtand᷒. Secūdo q̄ꝛ non ꝯmunicam⁹
mortuis. q̄ꝛ non nobis reſpondent. Nos ſumus
enī in ſexta etate illi in ſeptima. Inde eſt ꝙ cor
pus nunq̄ȝ dꝫ eſſe in eccleſia q̄mdiu miſſa de die
celebratur. ymmo ſi prius eſſet ibi. debet aſpor
tari extra eccleſiam in veſtibulo eccīe quantum
cunqȝ autoritate viuens fulgeret. et poſtea ad
miſſam de mortuis reportari. Tercio q̄m ſicut
ex multis granis ſit collectis vnus panis ꝯficit̄
et ex multis racemis vinuꝫ elicatur. ſic ex multis
fidelibus quoꝝ quidam boni quidam mali ſūt.
vna eccleſia ꝯſtruitur et coadunatur. Quia ḡ
de mortuo homine neſcimus adhuc vtꝝ ſit ip̄e
de ꝯformitate eccleſie et pacem habeat cuꝫ ſuo
creatore et reconciliacōꝫ ideo pacem ad miſſaꝫ
non damus nec aliq̄s laudes pro mortuis referi
mus. quia non eſt vnde agendum ſit. Non enim
adhuc apparet eoꝝ requies. Quarta eciam rō
poſita eſt in quarta parte vbi agitur de oſculo
pacis. Illud q̄ꝫ notandum eſt ꝙ officium mortuo
rum incipit a veſperis. poſtea ſecuntur vigilie
quaꝝ tria ſunt genera. In quibuſdam eccleſijs
leguntur nouem lectiones de iob. et incipiunt.
Parce mihi dn̄e. ꝛc̄. In alijs legunt de libro ſa
piencie. et incipiunt. Melius eſt ire. ꝛc̄. In alijs
vero de q̄dam ſermone aug᷒. Sed vndecunqȝ ſu
mantur abſolute ſine iube dn̄e benedicere. et ſi
ne tu autem. Vel alibi incipiunt et finiunt̄ ꝓut
in exequijs quas in dc̄o triduo pro xp̄o celebra
mus ſeruatur. Verumtamen in quibuſdaꝫ eccīijs
loco tu autem domine terminant̄. Beati mortui
qui in dn̄o moriunt̄ que verba ſunt de apoc. xiiij
.c. Freqūntatur aūt in hoc offō pſ̄. Te decꝫ q̄m
ibi agitur de reditu filiorum iſrahel a captiui
tate in terram promiſſionis. ſic et defuncti de
captiuitatis miſeria ad vitaꝫ proficiſcūt̄ eternaꝫ
Dicitur etiam pſ̄. Domine ne in furore tuo. qui
cum ſit ſextus in ordine pſalterij. tamen pro oc
taua intitulatur quaſi in ſex etatibus per hunc
pſalmum deum rogantes vt ſeptime etatis poſ
ſumus tormenta euadē͡re ad octauā glorie per
venire. Offm̄ mortuoꝝ n̄ hꝫ ſecundas veſperas
vt dictuꝫ eſt in vi. pte ſub ti. de veſpis. In concilio
tholetan̄. ſtatutum eſt ꝙ ſacerdos miſſam defū
ctorum celebrans vt eius inimicus morteꝫ incur
rat deponat̄. et tam ip̄e q̄ȝ eum ad hoc incitās
exilio ꝑpetuo puniatur. Nunc videndum eſt q̄li
ter corpus ſepeliendum ſit. et quidem. quando
homo videret̄ agere in extremis. debꝫ poni ad
terram ſupra cineres vel ad minus ſup paleas p
q̄ᵒ innuit̄ ꝙ cinis eſt et in cinerem reuertet̄. et
ſi hoc exemplo bt̄i martini. qui vt in ſe alijs da
ret exemplū in cinere iacēs vitaꝫ finiuit. et ſi mo
riens literatus ſit. legi debet paſſio domini vel
ſaltem pſ. illius ante eum vt ſic ad maiorē ꝯ
punctionem moueat̄. Et dꝫ eſſe crux erecta ad
pedes. vt moriens eam cernens in ꝯgiſoterat̄.

ꝯuertatur. Debet eciam ſupinus iacē vt ſemp
erecta facie reſpiciat celū exemplo bt̄i martini
et priuſq̄ȝ expiret eius anima dn̄o ꝯmendetur.
Poſtq̄ȝ vero expirauerit campane dn̄t pulſari.
prout dictum eſt in prima pte vbi agit̄ de cam
panis. Deinde corpus mſi viuens nouit̄ munc
tus fuerit) dꝫ lauari. ad ſignificand᷒ ꝙ ſi anima
ꝯfeſſionem et ꝯtricionem a culpa mundata ſit
vtrunqȝ ſcꝫ anima et corpus eternam glific͡aci
oneꝫ et claritateꝫ in die iudicij ꝯſequetur. q̄ᵒqꝫ
illi ſm̄ io. vere in domino moriuntur. et beati
ſunt qui nullam ſecum portant maculam. ſꝫ in iſ
mundo per pn̄iam derelinquunt. Sed cum de
hac locione neqȝ in veteri teſta. ſcꝫ leuitici. x. c.
neqȝ i nouo. ſcꝫ act. v. c. nil agatur ſi omitteret̄
n̄ multuꝫ (vt aiunt q̄dam) curand᷒ eſſet. Et aug⁹
dic̄ in li. de cura pro mortuis agēda corpi hūa
no. quod poſt mortem impeditur n̄ eſt ſalutis
preſidium. ſꝫ humanitatis offm̄. Verumtamen
cum maria magdalena vnxerit dn̄m an̄ paſſionē
math. xxvi. c. fecit enī morituro q̄ᵒ non poſſet
facere mortuo. marci. xiiij. c. Preuenit inq̄t vn
gere corpus meum in ſepulturaꝫ. ex hoc ꝓbari
poteſt corpa defunctoꝝ lauanda eſſe. Nam ſic
hiero⁹ ait in originali ſup illud mathei. vi. c.
Vnge caput tuum in illiſ ptibꝫ vngentis ꝓ bal
neis vtebant̄. Canon tholetan̄ concilij ſtatuit̄ ꝙ q̄
diuina vocacōe ab hac vita recedunt cum pſal
mis tantummodo et pſallencium vocibus ad ſe
pulcꝝ deferantur. Dꝫ autem defunctis porta
ri a ꝯſimilibus ſue profeſſionis vt ſi fuerit diaco
nus a dyaconibus. ſi ſacerdos a ſacerdotibus. ſi
fuit ibi aliter non eſt vis. q̄ꝛ neceſſitas legi non
ſubiacꝫ. clericus a clicis. catholic⁹ a catholicis
Si vero fuerit de aliqua fraternitate deportet̄
ab illis qui ſunt eiuſd̄ fraternitatis. Mulieribꝫ
uero non lꝫ corpa ferre. nec cogantur corpora
ſua laſciuiaꝫ incitancia denudare. q̄ᵒ facile ꝯtin
gere poſſꝫ. Dum aūt de domo ad eccleſiaꝫ ſeu ſe
pulturaꝫ portat̄ (ſm̄ quoꝝdaꝫ locoꝝ morem)
ter in via pauſatur. Primo ad ſignificanduꝫ ꝙ
ip̄e in hac vita exn̄s vt poſſet digne domino p̄
ſentari. et cum alijs ſanctis ꝑpetua quiete pfrui
in tribus ſpecialr̄ ſeip̄m exercitauit. videlicet in
dilectōe dei. in caritate ꝓximi. et in cuſtodia ſui
ſiue ꝙ in fide ſancte trinitatis vixit atqȝ vitā finiu
it. Secundo ad repreſentand᷒ ꝙ dn̄s in triduo
in ventre terre pauſauit. Tercio tres pauſe fi
unt in via. vt per tres dietas pſalmodia q̄ tunc
dicitur. trina fiet ei abſolucio a delictis. tribus
modis. ſcꝫ cogitacione. verbo et ope ꝯmiſſis.
exodi tercio Viam trium dieꝝ ibimus in ſolitu
dine. deinde ponitur in ſpelunca. in qua in qui
buſdaꝫ locis ponit̄ aqua benedicta. et prune cū
thure. aqua benedicta ne demones qui multuꝫ
eam timent ad corpus accedant. Solent nanqȝ
deſeuire in corpa mortuoꝝ. vt quod nequiue
runt in vita ſaltem poſt mortem agant. Thus
vero ibi ponitur ꝓpter fetorem corporis remp
uendū. ſeu vt defunctus creatori ſuo acceptabile

bonoꝝ opeꝝ odorem intelligatur obtuliſſe.
Seu ad oſtendendum ꝙ defunctis proſit auxiliū
oracionis. Carbones in teſtimoniū ꝙ terra illa
ad communes vſus amplius redigi non poteſt.
Plus enī durat carbo ſub terra ꝙ aliud. Hede-
ra ꝗꝫ vel laurus et huiuſmodi. que ſemper ſer-
uant virorē in ſarcophago corpori ſubſternū
tur. ad ſignificandum ꝙ qui moriuntur in xp̄o
viuere non deſinent. nam licet mundo moriant̄
ſc̄m corpus. tamen ſc̄m animam viuunt et reuiui
ſcunt deo. Alia tamen conſideracione habebāt
in funeribus antiqui cipreſſos. quia videlicet
ſicut cipreſſus ceſa non iterum ſurculeſcit. ſic tō
moritur. ita homo mortuus non reuiuiſcit ſiūt
eciam hec. ſ. qz cadaueribus inſit ſenſus. ſꝫm fi
guram videlicet vel ad reſurrectionem ſperan-
dam. vel ad dei miſericordiam ſeu beniuolenciā
prouocandā cui talia pietatis officia placent.
Dꝫ autem quis ſic ſepeliri vt caput ad occidentē
poſito. pedes dirigat ad orientē. in quo quaſi
ipſa poſicione orat. et innuit ꝙ promptus ē vt
de occaſu feſtinet ad ortum. de mūdo ad ſeculū
Et in quocunqꝫ loco extra cimiterium xp̄ianus
ſepeliatur. ſꝑ crux capiti illius apponi dꝫ. ad no
tandum illum xp̄ianum fuiſſe. quia hoc ſignum
diabolus valde veretur. et timet accedē ad locū
crucis ſignaculo inſignitum. Debent ꝗꝫ fideles
xp̄iani ſepeliri induti ſudarijs. prout ꝓuincia-
les obſeruant. prout ſumunt ex euangelio. in ꝙ
legitur de ſudario et ſindone xp̄i. Quidā vo ci
licio in ſiuunē vt hac veſte inſignia pn̄ie repre-
ſentent. Nam cinis et cilicium arma ſunt penitē
ciuū. Nec debent indui veſtibus communibus.
prout in ytalia fit. et (vt quidā dicunt) dn̄t ha
bere caligas circa tibias. et ſubtalares ī pedibꝫ.
ut per hoc ip̄os eſſe paratoſ ad iudicium repre
ſentetur. Clerici vero ſi ſunt ordinati. illis indu-
mentis induti ſint que requirunt ordines quos
hꝫ. Si vero non habent ordines ſacros. more
laicoꝝ ſepeliantur. Verumtamen lꝫ in alijs ordi
nibus ꝓpter paupertatem iſ ſepius omittatur.
In ſacerdote tn̄ et epiſcopo nullomodo preter
mittendū eſt. Veſtes enī ſacerdotales virtutes
ſignificant. cum quibus pre ceteris ſunt domino
pn̄tandi. Euticianꝰ papa ſtatuit vt nullus mar
tires ſepeliat ſine dalmatica aut collobio pur-
purato. Circa iſ aūt ꝯſiderandum eſt vtꝝ xp̄s
veſtitus fuerit poſt reſurrectionem. et vtrum
celum veſtitus aſcenderit. et vtꝝ duobus diſci
pulis eūtibꝫ in emaus. et ceteris diſcipulis et mu
lieribꝫ veſtitus apparuit. Siquidē angeli legunt̄
veſtiti apparuiſſe. iuxta illud iohis. Vidit ange
los ſedentes in albis. et alibi. Ecce duo viri aſti
terunt iuxta illum in veſtibus. quia dixerūt. Hic
hieſus ꝗ aſſumptus eſt a vobis in celū. ſic veni
et qm̄ vidiſtis eum euntē in celum. Nempe xp̄s
veſtitus aſcendit in celum iuxta illud. Quis eſt
iſte qui venit de edom tinctis veſtibus de boſra
jtem angeli dixerunt. quare rubꝝ eſt indumen
tum tuum. Queritur etiā vtꝝ homines erunt

nudi poſt diem iudicij. an veſtiti. Et vꝫ ꝙ veſti
ti. Nam ſꝑ angeli apparere ſolent veſtiti. et xp̄s
eciam poſt reſurrectionem cum veſte apparuit.
et in tranſfiguracione veſtitus fuit. Vnde et ap
parebant veſtimenta eius alba ſicut nix. Contra
videtur ꝙ nudi erunt. quia habet autoritas ꝙ
in eadem forma erimus in qua fuit adam ꝑusꝗꝫ
peccaret. et eciam in meliori ſꝫ tunc fuit nudus.
ergo nudi ſimiliter erimus. Solucio nil diffinimus
de veſte. ſed hoc ſolum dicimus ꝙ ibi non erit
deformitas nec vlla aduerſitas vel infirmitas.
et erimus veſtiti et ornati veſtimentis virtutum.
Quis autem et in quo loco ſepeliri debet. et vtꝝ
locus ſepulture aliquid ꝯferat. dictum eſt in p̄
ma parte vbi de cimiterio agitur. Illud autē
nota ꝙ qꝛ ſcriptum eſt leuit. xxi. c. Pontifex ad
omnem mortuum eciam patrem vel matrem nō
ingredietur. neqꝫ egredietur de ſanctis. Hinc
eſt ꝙ romanus pon. ad nullius defuncti domum
accedit. jtem qꝛ ibidem dicitur Sacerdotes nō
radent caput. non barbam. nec in crinibus ſuis
facient inciſſuram. ideo qꝛ de caroꝝ morte triſ
tantur. Barbam nutriunt nec crines ꝑcindunt.
et eciam nigris veſtibus ornantur vt ꝑ nigredi
nem et dolorem ꝯſepulti mortuo videant̄. Hic
eciam queri poteſt vtꝝ voces mortuoꝝ loqūt̄
Et videtur ꝙ ſic. iuxta illud ꝓphete. Exultacōs
dei in gutture eoꝝ. Hormiſda papa dicit ꝙ il-
li quibus cum falſa miſericordia indulſerimꝰ añ
tribunal xp̄i ꝯtra nos facient queſtionem. Et au
guſtinus dicit ꝙ defuncti qui neſciunt que hic
ſunt dum hic aguntur poſtea audiunt ab hiſꝗ
moriendo hinc recedunt. Sed apoſtolus ꝯtra
dicere videtur dicens ꝙ tunc lingue ceſſabunt.
et pſalmiſta. Non mortui laudabunt te. Et nota
ſc̄m aug. ꝙ tempus quod inter hominis mortē
et vltimam reſurrectionem interpoſitum eſt.
animas abditis. id eſt nobis occultis receptas
culis continet. Poſtremo nota ſc̄m magiſtrum
johannem de belech. ꝙ antiqui ſolebant dicē.
ꝙ qn̄ in humanis ſunt corporibus vocant̄ aīe.
in inferis manes. quando vero celoſ aſcendebāt
ſpūs. quando autem recens erat ſepultura. ſi-
ue qn̄ ſpiritus circa ſepulturas errabat vmbrā
vocabant. Vnde pſalmiſta. Nam et ſi ambulas
uero in medio vmbre mortis. etc. Et ideo tunc
panem et vinum ponebant ſuper ſepulcra mor
tuoꝝ. vt dictum eſt ſub feſto cathedra petri.
jn miſſa pro mortuis dicitur quandoqꝫ epiſtola
Vir fortiſſimus iudas. math. xij. ca. quandoqꝫ
Nolumus vos ignorare de dormientibꝫ. theſſa.
iiij. c. quandoqꝫ audiui vocem de throno dicen
tem. Apocalip. xiiij. c. qn̄ꝫ. ecce miſterium vobꝭ
dico. i. chor. xv. Dr̄ et qn̄ꝫ euangeliū Amē amē
dico vobis qꝛ venit. joh. v. c. qn̄ꝫ. dix Martha
joh. xi. c. qn̄ꝫ. Sicut enī pater ſuſcitat. joh. v.
capl̄o qn̄ꝫ. Omne quod dat mihi pater. joh. vj
c. qn̄ꝫ. Ego ſum panis. quod eſt ibiđ.

De quatuor coronatis

DE quatuor coronatis hic notabiliter
reperitur. ꝙ qui anno quia fuerunt qui
venerant ad conſtruendum templū
dyocleciani. cognito ꝙ eſſent criſti-
ani martirio ſunt coronati. quorum nomina. quia
nō fuerunt idcirco in collecta ponunt. Poſt
duos vero annos alij quatuor martirium ſu-
ſceperunt quorum corpora ſepulta ſunt iuxta
corpora predictorum quinque quorum nomina
fuerunt ignota ideo ſtatuit melchiades papa
vt dies eorum ſub nominibus predictorum qn
quam celebris haberetur. et ſic vocatum eſt feſtū
quatuor coronatorum Poſtea vero fuerūt cui-
dam religioſo eorum nomina reuelata ſcz. Se-
ueri. Seueriani carpophori. et victorini nomē
tamen feſti propterea mutatum nō eſt nec eti-
am dies in calendario

De beato martino.

DE beato martino ſciendum eſt ꝙ dicitur
par apoſtolis non propter ſuſcitaci-
onem mortuorum. quorum vt quidam
putant cum idem multi alij fecerunt
martires et confeſſores. vel propter multitu-
dinem miraculorū. ſed ſpecialiter propter vnū
miraculū. Cum enim eſſet thuronē. archiepiſ. ve-
nit ad eum quidam pauper et inops tunicā ab
eo petens et ipſe conceſſit. iuſſit ergo procura-
tori ſuo vt emeret. Ille vero iuit ad forum. et
tardus rediit tunicam vilem portans que fere
penula quaſi pene nulla poterat dici vir ſanctus
ſibi monſtrare fecit. Erat autem breuis forte
vſque ad genua. manice vſque ad cubitum. extra-
hens ergo ſuam pauperi dedit. et ipſe paupe-
ris tunicam induit. Nec multo poſt preparat
ſe ad celebrandum miſſam. et ſtans ante altare
ſicut mos eſt in prefacione leuauit manuſ ad do-
minum manicis laxis retro labentibus licz nec
groſſa eiuſ brachia. nec multum carnoſa eſſent
et cum prefata penula non niſi vſque ad cubitū
protenderetur remanſerūt eadem brachia nu-
da tunc venerunt miraculoſe aurei torques ip-
ſaque decenter operuerunt. et globus igneus
apparuit ſuper caput eius per quod demōſtra-
tum eſt ſpiritum ſanctum ſuper eum deſcendiſ-
ſe ad robur. ſicut ſuper apoſtolos in penthe.
Vnde propter hoc nō immerito dictus ē par
apoſtolis eſt etiam par eis in officio Conſi-
derandum autem eſt ꝙ ipſe ſolus inter confeſ-
ſores inſtitucionis habet octauas. ſicut beatuſ
laurencius inter martires. Ille enim dixit. Ig-
ne me examinaſti. et non eſt inuenta in me ini-
quitas. et martinus in agone mortis. dixit demo-
ni aſtāti. Nil inuenies in me cruenta beſtia. ec-
ce quomodo concordāt ille prepollens martir
quare pre omnibus alijs octauas et vigiliam
habet iſte confeſſor excellens. quare pre omni-
bus alijs octauam habet. Cappam eius reges
francorum conſueuerunt portare in prelijs vt
dictum eſt in ſecunda parte vbi agitur de ſacer-
dote. fortunatus poeta vir vita egregius. et in-
genio preclarus de ytalia thuronē. veniēs ge-
ſta beati martini conſcripſit tempore iohānis
pape. iij.

De ſancto andrea apoſtolo.

BEatus andreas nigri fuit coloris bar-
ba prolixa ſtature mediocris. hoc ideo
dicimus. vt ſciatur. qualis in eccleſia
debet depingi. quod de vnoquoque apo-
ſtolorum. et aliorum multorum ſanctorum ſci-
endum eſſet. predicauit autē in achaia. et athe-
nis. et circa partes illas Excellentis fuit va-
de meriti. nec ſine cauſa beatus gregorius adeo
fuit ſibi deuotus. quod ſibi fecit proprium of-
ficium. et monaſterium condidit. et ibidem mo-
nachus extitit. vigiliam ex inſtitucione nō ha-
bet quia eſt in tempore ieiuniorum. quare non
fuit neceſſe inſtitui ei vigiliam et idem eſt de
de beato thoma apoſtolo Sane oſſa eius ac be-
ati lucas euangeliſte tempore conſtantini. ij.
imperatoris tranſlata ſunt apud conſtantino-
polim. Hac die dicitur epiſtola. Corde credi-
tur ad iuſticiam. roma. x. capitulo et euangeli-
um Ambulans ihesus iuxta mare. mathei quar-
to capitulo. Poſtcommunio. Venite ad me.
que eſt ibidem. In vigilia vero eſt introitus.
Dominus ſecus mare. mathei quarto. et euāge-
lium. Stabat iohānes et ex diſcipulis iohāniſ
primo capitulo. Poſtcommunio. Dixit andreas
iohannis primo capitulo

De ſancto nicolao epiſcopo.

LEgitur ꝙ cum in quadā eccleſia que
dicitur crux ſubiecta monaſterio ſan-
cte marie de caritate. nō dū hyſtoria
beati nicolai cantaretur. fratres eiuſ-
dem loci priorem ſuum. vt eam ſibi cantare li-
ceret inſtanter rogauerunt. Ille vere hoc pre-
ciſe negauit dicens incongruum fore priſtinū
morem nouitatibus immutare. Illis vero in-
ſtantibus indignatus reſpōdit. Recedite a me
quia noua cantica primo ioculatoria quedam in
mea eccleſia non cantabuntur. Adueniente au-
tem eiuſdem ſancti feſtiuitate fratres cum qua-
dam animi triſticia matutinarum vigilias pere-
gerunt. Cumque omnes in lectis ſe recepiſſent.
ecce beatus nicolaus priori viſibiliter terribi-
lis apparuit quem a lecto extrahens per capil-
los dormitorij pauimento alliſit et incipiens.
O paſtor eterne. per ſingulas vocum differen-
cias. virgis quas in manu tenebat. grauiſſimoſ
ictus ſuper dorſum illius ingeminanſ per ordi-
nem moroſe cantando antiphonam ipſam ad fi-
nem perduxit. Omnibus ergo illius clamoribus
excitatis ſemiuiuus ad lectum deportatur. qui
tandem ad ſe rediens dixit Ite et hyſtoriam no-
uam ſancti nicolai decantate. Tempore henrici
quarti imperatoris oſſa ſancti nicolai apud vr-
bem barenē. tranſlata ſunt.

### De venerabili beda preſbitero

Beda venerabilis pater et monachus egregius expoſitor claruit in anglia circa annum domini dc·lxxxvij· qui licet in ſanctorum cathologo computatur· non tamen ab eccleſia ſanctus ſed venerabilis appellatur duplici racione· Primo ꝙ cum pre nimia ſenectute eius oculi caligarent faciebat ſe duci per villas et caſtra vbiqȝ verbum domini predicando· cumqȝ quadam vice per quandam vallem magnis lapidibus plenam tranſiret quidam ex ductoribus deriſorie dixit ei ꝙ ibi magnus erat populus cõgregatus expectans eius predicationem auide et ſilenter· et tunc ille incepit predicare feruenter et cum in fine concluſiſſet· per omnia ſecula ſeculorum mox omnes lapides alta voce clamaſſe dicuntur· amen venerabilis pater· et ideo venerabilis pater appellatur· Alij vero aſſerunt ꝙ angeli reſponderunt· bene dixiſti venerabilis pater· Secunda cauſa eſt· quia poſt eius mortem clericus ſibi quidam deuotus quendã verſum edere cupiebat· quem in illius tumulo ſculpi facere intendebat incipiens ſic· Hac ſũt in foſſa· volens verſum terminare· bede ſancti oſſa· Sed quia talem finem verſus congruitas non paciebatur· et ſedula mente reuolueret· nec congruum finem videret dum quadam nocte multũ ſuper hoc cogitaſſet mane ad tumulum properans· manibus angelicis taliter verſum ſcriptum reperit finitum· Hac ſunt in foſſa· bede venerabilis oſſa· Eius autem corpus apud ianuam deuocione congrua dicitur coli·

### De ſancto thoma apoſtolo

Hiſtoria ſeu legenda de ſancto thoma apoſtolo· et ſi quid ex ea in reſpõſorijs vel antiphonis ſumptum reperitur inter apocrifa deputatur· In ipſo autem feſto legitur ad miſſam euangelium· Thomas vnus ex xij· iohannis ·xx· ca·

### De ſanctis infra natiuitatis domini

Poſt domini natiuitatem· ſequenti die fit feſtum de obitu beati ſtephani ꝓthomartiris et tamen ipſe fuit paſſus in auguſto· quare hoc feſtuȝ fiat ſub feſto inuencionis eius dictum eſt· Queritur quare hec tria feſta videlicet ſanctorum· ſtephani iohannis· et innocentuȝ· immediate poſt feſtum natiuitatis domini ordinantur· Reſpondeo primo· vt criſto capiti et ſponſo· omnes ſui comites adiungentur· natus enim criſtus ſponſus eccleſie in hunc mundum tres ſibi comites adiũxit de quibus dicitur· in canticis· Dilectus meus candidus et rubicundus· electus ex milibus· Candidus quantũ ad iohãnem euangeliſtam· precioſum virginem et cõfeſſorem· Rubicundus quantum ad ſtephanũ prothomartirem· Electus ex milibus quantuȝ ad magnam turbam innocentũ· Secundo vt ſic eccleſia omnium martirum genera quorum quidem martirij criſti natiuitas cauſa fuit in ſimul adunaret· Triplex eſt enim martirium· Primuȝ voluntate et opere· tale fuit martiriũ beati ſtephani· et hoc eſt digniſſimum in genere hoc autem dicimus· quia aliqua circumſtancia facere poſſet· ꝙ aliquis confeſſor aliquo martire dignior eſſet· et ideo feſtum eius precedit alia et continuatur feſto dominice natiuitatis· Vnde in ipſo feſto legitur mortem quaȝ ſaluator dignatus eſt pro omnibus pati· hanc ille primus pre omnibus reddidit ſaluatori· et iteruȝ criſtus heri natus eſt in terris· vt hodie ſtephanus naſceretur in celis· In feſto beati ſtephani introitus eſt· Etenim ſederunt principes et aduerſuȝ me loquebantur· in quo oſtenduntur inſidie principum iudeorum beato ſtephano inſidiantuȝ· Epiſtola eſt actuum· vj· capitulo Stephanus plenus gracia et fortitudine· que ſicut dicit auguſtinus in ſermone huius diei cum plurimum habeat ammiracionis in ipſa ſpecie non minus continet in miſterio dignitatis· In qua narratur tam paſſio ipſius· quam paſſionis cauſa· et meritum ſeu remuneracio et hec etiaȝ inſinuãtur et repreſentantur in reſpõſorio quod eſt· Sederunt principes· et in alleluia quod eſt· video celos apertos actuũ octauo capitulo· et in offertorio· et in poſtcommunione· Video celos· actuum· vij· Et in nocturnali etiam officio idem repetitur· vt oſtendatur ꝙ ſepe et ſepius conſiliati ſunt principes ſacerdotum in mortem eius· Euangeliuȝ eſt Ecce ego mitto ad vos· mathei· x· capitulo et ſequitur· Hieruſalem hieruſalem que occidis ꝓphetas et lapidas eos et cetera· Stephanus enim fuit lapidatus· Dicitur etiam ibi a ſanguine abel iuſti· Sicut enim ille fuit prothomartir in veteri teſtamento ſic ille in nouo· Hiſtoriam ſancti ſtephani compoſuit alcuinus caroli magiſter et capellanus nocturnales antiphonas de pſalmis· quibus articulantur accepit· cetera de actibus apoſtolorum· Antiphonis etiam laudum quidam verſus premittuntur· ꝓut dictum eſt in ſexta parte ſub dominica ꝯ trinitate· Frequentatur autem in verſiculis alleluia· vel propter ſolemnitatem dominice natiuitatis· vel propter gaudium de conſorcio ſtephani angelice concionis· Dicitur etiaȝ illud capitulum· Stephanus plenus gracia· et illud Surrexerunt quidam que ſunt actuum· vj· capitulo· et illud· Cum eſſet ſtephanus· actuum vij· capitulo· Secundum martirium eſt voluntate et non opere quale fuit martirium beati iohannis euangeliſte· qui martir fuit ſicut patet in illa antiphona· In feruentis olei dolium miſſus iohannes apoſtolus diuina ſe protegente

gracia illeſus exiuit· vt ſic non ſenſerat carnis
eſtum quia virgo fuit mente et corpore· ſic nec
eſtum feruentis olei ſenſit· In natali autem eius
canitur in quibuſdam locis vna miſſa in exor=
dio lucis · ad notandum  ipſe accepto lumine
huius mundi · ſacrificium virginitatis ſemper
obtulit deo· quia enim non poterat habere vigi=
liam propter feſtum beati ſtephani· ſtatutum
fuit · vt duas miſſas haberet · In miſſa de bea=
to iohanne epiſtola · Qui timet deum eccleſia=
ſtici·xv· capitulo · Euangelium eſt· Dixit
iheſus petro·iohannis vltimo capitulo· et can=
tatur alleluia· Valde etcetera· et quod ibi dici=
tur · Qui ſupra pectus domini etcetera · ſumi=
tur iohannis vltimo capitulo · Introitus eſt ·
In medio eccleſie · eccleſiaſti · xv· capitulo ·
Et reſponſorium· Exijt ſermo et cetera iohan=
nis vltimo capitulo · Item alleluia · Hic eſt di
ſcipulus·iohannis vltimo capitulo · Com
munio· Exijt ſermo·que eſt ibidem· Dicitur eci=
am ad horas capitulum · Cibauit· eccleſiaſtici ·
xv·capitulo et illud· Benedictus deus et pater
ephеſe·i·capitulo et illud· Qui timet dominum
eccleſiaſtici·xv·capitulo Et nota  beatus
iohannes euangeliſta · in feſto beati iohannis
baptiſte obijt · Sed quia non poterat tunc eius
feſtum fieri·tranſlatum eſt ad tercium diem na
talis domini·et omnes comites ſuos haberet ſpō
ſus·vt premiſſum eſt· et feſtum beati iohannis
baptiſte in ſuo die remanſit ·nec mirum quia di
es illa ab angelo gaudio natiuitatis precurſo=
ris autenticata fuit · Nec eſt dogmatizan=
dum ·quod euangeliſta baptiſte tamquam ma
iori ceſſerit pro eo quod legitur · Inter natos
mulierum non ſurrexit maior iohanne baptiſta
Nam non debet eſſe de ipſorum maioritate di=
ſputandum· diuinitus eſt oſtenſum · Cum enim
duo magiſtri quorum vnus baptiſtam alter p
ferebat euangeliſtā ſolennem ad hoc indixiſſet
diſputationem· et quilibet valde ſollicite inue=
ſtigaſſet auctoritates et rationes efficaces ·qui
bus ſuum iohannem preferre poſſet tandem die
diſputationis adueniente quilibet ſanctorum e
mulatori ſuo apparuit dicens · Bene concordes
ſumus in celis de nobis nō diſputetis in terris
Tunc illi ſibi adinuicem et omni populo viſio=
nem publicauerunt · et dominum benedixerunt
Vel ideo fuit ad tercium diem poſt domini nati
uitatem tranſlatum quia forte illa die dedica=
ta eſt ei baſilica · vel quia forte ea die redijt de
pathmos inſula vel inſulatus eſt·fuit enim pa
triarcha epheſinus Aiunt quidam·quod beatꝰ
iohannes cum poſt celebratam miſſam deſcen=
diſſet in tumulum euanuit ab oculis circūſtan
cium·et cum terra ibi ſtatuerat de profundo ad
dunt eum viuere·et terram eius anhelitu ſcatu
rire· Alij in celum tranſlatum· Igitur par
tem ex euangelio · partem ex eius tribulatione
hodierna copulat hiſtoria in cuiꝰ vltimo reſpō
ſorio ſcȝ · In medio eccleſie qđ ſumitur de libro

ſapientie · in quo agitur de ſpiritu intellectus
neuma iubilatur· quia per ſpiritum intellectus
fuit de ineffabili verbo ſcilicet de deo vero locu
tus · Tercium martirium eſt opere et non vo=
luntate · quale fuit martirium innocentum qđ
ſicut tercium locum optinet in dignitate·ita et
inter feſta martirum Sed quare feſtum in
nocentum celebratur ante feſtum ſtelle id eſt
epiphanie·cum mortui fuerunt poſt apparitōȝ
ſtelle · quando ſcȝ herodes vidit  illuſus eſſet
a magis· Reſpondetur quo herodes auditis ru
moribus de chriſto nato·turbatus eſt valde·ti=
mens omittere regnum vnde cogitauit facere
interfici omnes pueros· et ſic chriſtus non eua
deret·ſed fuit impeditus tunc· quoniā auguſtus
cęſar mandauit ei·qđ ad eum veniret·ariſto
bolo et alexandro filijs ipſius herodis reſpon=
ſurus coram eo· Et quia non fuit auſus non ire
iuit · poſtmodūm vero reuerſus anno reuoluto
quarto die poſt natale domini fecit omnes pue=
ros interfici · a binato id eſt biennio et infra ·
Binatus enim grece dicitur latine bienium ·
Queritur quare in feſtiuitate innocētium in
miſſa · Gloria in excelſis deo et alleluia et alia
cantica leticie non cantantur · Dicunt magiſtri
ideo quia mortui ſunt ante domini paſſionem et
ſic ad inferos deſcenderunt· Sed pari ratione et
in feſto beati iohannis baptiſte ſubticeri debe=
rent · dicendum eſt ·  hoc ideo contingit quia
auctor officij·voluit nos coniungi in hac feſti=
uitate animas deuotarum mulierum de morte
innocentum plangentium et dolentium · vnde
cauſa triſticie earum illa dimittimus·et ideo le=
gitur propheta ·ihere·xxxi·capitulo de inno=
centibus· Vox in rama audita eſt·que ad literā
de beniamatis exponitur· qui interfecti ſūt pro
pter vxorem leui·quam oppreſſerant et rahel
fuit mater beniamin · vel per rachel que inter=
pretatur ouis · vel videns intelligitur eccleſia
que plorat filios ſuos ſcilicet triplices · Primi
ſunt martires conſiderans eos eſſe ſibi ſubtra=
ctos et non vult conſolari in preſēti·ſed omneȝ
conſolationem transfert in futurum ·quia non
ſunt ſcilicet preſentes · Secūdos filios lu=
get eccleſia· quia vere ad partum venīūt in qui
bus patitur abortum · Tercij vero ſunt · qui
iam renati in baptiſmo erant ·ſed per peccata re
trocedunt · hos et illos luget etiam quia non
ſunt·id eſt quia dannati ſunt·et ideo quia luget
eccleſia cantica leticie ſubticentur· Poteſt
eſſe et alia ratio·nam cātica leticie proprie poſt
victoriam cantari debent· Vnde ezechie dictum
eſt· Diſpone domui tue· etcetera· quia poſt vi=
ctoriam habitam·non cecinit cantica leticie ſed
innocentes non habuerunt victoriam · non enī
victoria vbi pugna non eſt · Media ratio eſt·
quidam tamen pro alleluia cantant in miſſa·
Laus tibi alij · Cantemus eya· Et dicitur epi
ſtola ·Vidi ſupra montem· apocalipſi · decimo
quarto· Et euangelium · Angelus domini

apparuit matthei·xij·c· Si autem feſtum illud
in dominica contingat ·nullum canticum leticie
ſubticetur · propter gaudium reſurrectionis ·
In octauis quoq₃ eorum cantica leticie cantan=
tur· pro ſignificatione gaudij · quod acceptu=
ri ſunt in octaua id eſt in reſurrectione ·quia li=
cet ad inferos deſcenderūt reſurgēt tamen no
biſcum in gloria · Octaue enim feſtiuitatum ce
lebrantur in memoriam generalis reſurrectio=
nis quam ſignificant · Rurſus quia hac die
triſticiam mulierum repreſentamus in multis
eccleſijs dyaconi non vtuntur dalmaticis · nec
ſubdiaconi ſubtilibus id eſt tunicellis·ad notan
dum·ꝙ innocētes ſtatim in morte primam ſto=
lam non receperunt· ſed ad infernum deſcende=
runt· De hoc in tercia parte dictum eſt ſub ti·
de coloribus · In hoc feſto dicitur capitu=
lum illud·vidi ſupra montem apocalipſi· decimo
quarto capitulo ·Et illud·Hi ſunt qui cum mu=
lieribus·et illud· Hi empti ſunt · que ſunt ibi=
dem · Et aduerte·ꝙ antiphone nocturnales
de pſalmis ſummūtur· cetera ꝟ epiſtola vel euā
gelio · Quod autem dicuntur·centumqua=
dragintaquatuormilia finitum ponitur pro in=
finito·quod etiam dicitur·Vidi ſuper altare dei
animas interfectorum · ſic eſt accipiendum qꝺ
iohannes vidit animas interfectorum ſub al=
tare id eſt humiliatos capiti ſuo·vel in abſcon=
ſo · quia nemo percipit hic quomodo ibi ſint·

Sed quare ſolenniſat eccleſia de morte inno=
centum·qui non habuerunt voluntatē₃ paciēdi
Videtur ꝙ eadem ratione· ſi aliquis tirannus in
terficeret tot pueros deberet eccleſia ſimiliter
ſolennizare pro illis · quod verum non eſt ·Re=
ſponderi poteſt ꝙ hoc feſtum propter tria cele=
brandum eſt · licet voluntatem non habuerunt
paciendi· Primo quia chriſtus in eis que=
rebatur et occidebatur·Secundo quia chriſtus
in eis celebratur diabolo et herodi· Tercio quia
nomen domini non loquendo ſed moriendo con=
feſſi ſunt·quia ꝓ chriſto ⁊ vice chriſti occiſi ſūt
Erant autem innocentes · quia circumciſi nam
circumciſio erat tunc remedium contrā origi=
nale peccatum·licet ita non ſufficiens ſicut nunc
baptiſmus eſt· Illud autem ſciendum eſt ꝙ in
quibuſdam eccleſijs in die natalis domini·Dia=
coni veſperis finitis in honorem beati ſtepha=
ni · qui eximius diaconus fuit in tripudio con=
uenientes cantant antiphonam · de ſancto ſte=
phano ·et ſacerdos dicit collectam ·Nocturnos
autem et officium craſtinum celebrant etiam be
nedictiones ſuper lectiones dant · quod tamen
facere non deberent ·Et eodem modo faciunt ſa
cerdotes in feſto beati ſtephani in veſperis in
honorē₃ ſancti iohannis·quia ipſe ſacerdos fuit
Et pueri in feſto ſancti iohannis in honorem in
nocentum· Subdyaconi vero faciunt fe=
ſtum in quibuſdam eccleſijs in feſto circumci=
ſionis vt ibi dictū eſt·In alijs in epiphania etiā
in alijs·in octauis epiphanie· quod vocant fe=
ſtum ſtultorum · quia enim ordo ille antiquitꝰ
incertus erat·Nam in canonibus antiquis quā
doq₃ vocatur ſacer · et quandoq₃ non ideo ſub=
dyaconi certam ad feſtandum non habent diem
et eorum feſtum officio celebratur confuſo ·

De apoſtolis· Rubrica ·

Apoſtolꝰ grece interpretatur miſſus
latine · inde apoſtoli dicti ſunt quia a
chriſto miſſi fuerunt euangelizare ꝑ
vniuerſum orbem · Sane eccle=
ſia in communi de apoſtolis ſolennizat et canit
in matutinis · Ecce ego mitto vos etcetera · qꝛ
omnes electi ſunt ſimul a domino poſt ſermo=
nem ad eos factum in monte · ſicut habetur in
mattheo·et in marco·ꝙ videlicet electi ſunt duo
decim · De quibuſdam tamen facit eccle=
ſia officium proprium·ſicut de beato petro·pro=
pter priuilegium dignitatis · de beato paulo ·
quamuis non ſit de duodecim ·propter priuile=
gium predicationis· De beato iohanne propter
priuilegium amoris ſiue virginitatis· et de beā
to andrea · propter priuilegium crucis quam
ita ardenter predicauit ·concupiuit · et habuit
Per horas capitulū illud· Iam non eſtis ephe=
ij·capitulo·et illud·Non vos me elegiſtis·quod
eſt ibidem et illud Beatus vir qui ſuffer · ia · i ·
capitulo·et illud ·Magnificauit eum in timore
inimicorum eccleſiaſtici· xlv·capitulo et illud ·
Statuit illi dominus teſtamentum ſempiternum
ibidem et illud · In fide et lenitate ipſius ſan=
ctum fecit illum · ibidem · et illud · Ibant apo=
ſtoli gaudentes actuum·v·et illud· Nam quos
preſciuit et predeſtinauit conformes·ro· octa=
uo capitulo·et illud ·Corpora ſanctorum in pa
ce·eccleſiaſtici·xliiij·capitulo·et illud ·Non eſu
rient neq₃ ſicient amplius· apocalipſi·vij ·capi=
tulo et illud·Nos inſenſati vitam illorum·ſap iē
cie ·v·et illud Ipſo ſummo angulari lapide chri
ſto iheſu ephe·ij·capitulo· Habent autem
vigilias et octauas·quia ſi compacimur et con
regnabimus·De hoc dictum eſt in quarta par
te ſub quarta feria tercie ferie aduentus·Inſtā
cia tamen eſt de beato iohanne euangeliſta quo
ad ieiunium quod ꝯtingit Tum quia vt dicunt
quidam non fuit martir niſi animo· Tum pro=
ter feſtum beati ſtephani quod eſt in vigilia fe
ſti eius·In vigilijs apoſtolorum dicitur epiſto=
la ·Benedictio domini ſuper caput · prouerbio=
rūm· xv· et eccleſiaſtici·xlv·capitulo·Item illa
Per manus autem ·actuum ·v·capitulo et euan
gelium · Ego ſum vitis · iohannis quindecimo
In feſtis vero apoſtolorum dicitur epiſtola Iā
non eſtis hoſpites et adue ·ephe · v · capitulo
Item illa · Hi ſunt viri eccleſiaſtici·xliiij· capi=
tulo·Item illa · Scimus quoniam diligentibus
deum·ro·octauo capitulo · Item illa· Benedi=
ctus deus·⁊ pater domini noſtri epheſei·primo
Itē₃ illa·Spectaculum facti ſumꝰ ad corin· iiij·

capitulo·Item illa Vnicuiqȝ veſtrum ad ephe=
ſe·quarto·Item alleluia·Ego vos elegi iohan=
nis·xv·Item illud·Venite ad me omnes qui
laboratis·mathei·xj·capitulo·Euangelium ve
ro dicitur·Hoc eſt preceptum·iohannis·xv·
capitulo·Illud·Hoc mando vobis quod eſt ibi
dem·Item illud·Ecce ego mitto vos·mathei·
decimo·c·Item illud facta ē contētio·luce·xxij·
capi·illud·Deſignauit dominus·luce·xv·capi=
tulo·et illud·Ego ſum vitis vera·iohannis·xv·
capitulo·Item illud·Dixit ſimon petrus·ma=
thei·xix·capitulo·Poſtcommunio eſt·Amen
dico vobis·ꝙ vos qui re·mathei·xj·capitulo·
Item illa·Vos qui ſecu·que eſt ibidem· Et
nota ꝙ tres apoſtoli leguntur tātum viui fuiſ=
ſe rome ſcilicet petrus paulus et iohannes et
tres euangeliſte·ſcilicet iohannes marcus et lu
cas· Notandum eſt etiam apoſtolos ſiue chri
ſti diſcipulos·non ideo tantum fuiſſe paſſos·
quia predicabant de chriſto·ſed quia ipſum dei
ficatum aiebant ſine romanorum auctoritate·
quod ipſi prohibuerāt·Eccleſia olim ſtatuit fie
ri communiter feſtum de omnibus apoſtolis in
calend·maij·vt dictum eſt·in·vj·parte ſub feſto
apoſtolorum philippi et iacobi·

## De euangeliſtarum·Rubricā·

POſt apoſtolos eccleſia venerat etiam
euangeliſtas qui non tantum predi=
cauerunt·ſed etiam euangelia ſcrip=
ſerunt·Legitur enim geñ·tercio ca=
pitulo ꝙ fluuius egrediebatur de loco volupta
tis·ad irrigandum paradiſum·qui diuiditur
in quatuor capita·ſcilicet phyſon·geon tigrim
et eufraten·Sane allegorice·fluuius ille euā
gelica predicatio eſt que a chriſto procedit·a
quo generaliter omnis voluptas emanat·Ve=
nite inquit ad me omnes qui laboratis et one=
rati eſtis·et ego reficiam vos·et inuenietis re
quiem animabus veſtris iugum enim meum
ſuaue eſt et onus meum leue·guſtate et vide=
te·quoniam ſuauis eſt dominus beatus vir qui
ſperat in eo·Recte autem hec predicatio flu=
uio comparatur· Tum quia reficit abluit ⁊
fecundat·Tum quia fluuius dicitur aqua flu
ens·et vt ſalomon ait·Aqua profunda verba
ex ore viri et torrens mundans eſt fons ſapiē
cie·qui tam longe lateqȝ diffluxit·vt mundum
repleuerit vniuerſum·Iuxta illud·Euntes in
vniuerſum mundum et cetera·Qua propter in
omnem terram exiuit ſonus eorum et in fi·or·
ter·verba eorum·Hoc irrigat paradiſum id eſt
fecundat eccleſiam iuxta quod dicit apoſtolus·
Ego plantaui appollo rigauit deus autem incre
mentum dedit·Hic eſt enim fons ortorum pu=
teus aquarum viuencium·que fluunt impetu
de libano· Fluuius autem iſte in quatuor ca
pita diuiditur·quia predicatio iheſu chriſti·in q̄
tuor euangelia deriuatur·Nam licet ſcripſerint
multi euangelia·quia luca teſtante multi cona=
ti ſunt ordinare narracionem rerum·que in nō
bis completa ſunt·tamen non niſi quatuor re=
cepte ſunt ab eccleſia videlicet Mathei·marci·
luce·⁊ iohānis·quod vtiqȝ factum eſt quadru=
plici ratione·Primo ad oſtendendum duorū te
ſtorum concordiam·Sicut enim in veteri teſta
mento vnus fuit legiſlator·ſcilicet moyſes et
quatuor maiores prophete ſcilicet yſaias ihere
mias·ezechias·et daniel·et duodecim mino=
res prophete·et multi ſapientes·vt iob·dauid
ſalomon·et iheſus ſirach·Ita et in nouo teſta·
vnus fuit legiſlator·ſcilicet chriſtꝰ et quatuor
euangeliſte et duodecim apoſtoli ⁊ alij multi do
ctores vt ihero·auguſtinꝰ·ambroſiꝰ·⁊ grego
rius·vt per hoc oſtendatur quia rota contine=
tur in medio rote·⁊ duo cherubin ſeſe reſpiciūt
verſis vultibus in propiciatorium Secūdo pro
miniſterio quadrige aminadab·de qua ſponſa
dicit in canticis·Anima mea turbata eſt pro=
pter quadrigas aminadab·Aminadab enim in
terpretatur ſpōtaneus domini·Hic eſt chriſtꝰ
qui factus homo oblatus eſt·quia ipſe voluit·
Huius quadriga eſt euangelica doctrina per
quam eius fama per mundum vehitur vniuer=
ſum·cuius quatuor rote ſunt dicti quatuor euā
geliſte·propter hanc quadrigam·ſponſa id eſt
eccleſia·ſalubri dolore turbatur ad penitenciā
Tercio ad deſignandum liberationem generis
humani·a morte quadrifica id eſt a tranſgreſ=
ſione quadruplici·Prima tranſgreſſio fuit man
dati in paradiſo·Secunda legis naturalis·
Tercia legis ſcripte·Quarta euangelij·Vel
pocius peccatum fragilitatis per impotentiam
ſimplicitatis per ignorantiam·ſecuritatis per
negligentiā·et malignitatis per inuidiam·His
enim quatuor modis peccandi anima moritur
⁊ ſeparatur a deo·Quarto pro miniſterio for=
me quadrige Sicut enim inter ceteras formas
q̄dratum·ſic inter ceteras doctrinas euangeliū
ſolidius et ſtabilius pſeuerat·Nam illud vndiqȝ
ſtat·et ideo legitur apoca·xxj·capitulo ꝙ ciui=
tas in quadro poſita eſt·et illud propter ſtabi=
litatem appellatur eternum·per cuius graciam
homo quadratur in moribus·et in virtutibus
ſolidatur· Ceterum iſtorum pocius quam
aliorum euangelia recepta ſunt·Tum quia ip
ſi diligentius et apercius hiſtoriam euangeli=
cam deſcripſerunt· Tum quia licet aliquan=
do varia ſeu diuerſa·nunquam tamen contra=
ria ſeu aduerſa ſcripſerunt·Tum quia iſti qua=
tuor animalium figuras in viſione iohannis et
ezechielis prefigurati fuerunt·ezechielis·j·ca=
pitulo·Matheus per hominem·eo ꝙ eius inten
cio precipue circa ſcribendam chriſti humanita
tem verſatur·Unde eius liber ab humana chri
ſti natiuitate ſumit exordium·Liber inquit gene
ratōis iheſu chriſti et cetera·Marcus p leonem
in deſerto rugientem·eo ꝙ eius intentio preci=
pue circa deſcribendam eiꝰ reſurrectionē conſiſtit

Vnde eius euangelium antonomaſice in die re=
ſurrectionis legitur. Dicitur enim ꝙ leo rugi=
tu maximo tercio die ſuos excitat catulos. ita
⁊ deus pater immenſa potentia ſua filium ſuum
tercia die ſuſcitauit. Vnde et marcus ab excla=
macione incipit ſcilicet a predicatōne iohannis
in deſerto clamantis et dicentis. Vox claman=
tis in deſerto. Et ſcias ꝙ marcus fuit longo na
ſo ſubducto ſupercilio. pulcer oculis. caluꝰ bar
ba prolixa habitudinis optime. etatis medie. ca
nos aſperſus. Lucas per vitulum eo ꝙ preci=
pue circa deſcribendam chriſti paſſionem eius
intentio verſatur. in qua chriſtus ſe obtulit ho
ſtiam deo patri. idem ipſe ſacerdos ⁊ hoſtia. vi=
tulus enim erat hoſtia ſacerdotalis. vnde a ſa=
cerdocio incipit dicens. Fuit in diebus herodis
regis iudee ſacerdos quidem et cetera. Iohan=
nes per aquilam. quia ceteris cum domino gra
dientibus ipſe in celum ad deſcribendam chriſti
diuinitatem volauit dicens. In principio erat
verbum. De hoc dictum eſt in prima parte ſub
titulo de picturis. Hee ſiquidem quatuor prin=
cipales intentiones deſignate ſunt per figuras
illorum quatuor animalium quorum quodlibꝫ
ſecundum viſionem ezechielis quatuor habꝫ fa
cies quoniam omnes de ſingulis agūt. licet qui
dem principalius de quibuſdam. preſertim cum
omnes agant de chriſto. cui quatuor ille figure
conueniunt. Fuit namqꝫ homo naſcendo. vitulꝰ
moriendo. leo reſurgendo. aquila aſcendendo.
Que vt melius intelligas ymagina aliquod a
nimal habens caput quadratum. et in qualibet
ſuperficie ymagina vnam faciem. videlicet a
parte anteriori. faciem hominis a dextris fa=
ciem leonis. a ſiniſtris faciem vituli. a parte po
ſteriori faciem aquile. Quia vero facies aquile
ſuper alias eminebat propter longi colli pro=
ductionem. ideo dicitur ꝙ erat deſuper. Quod
libet etiam horum habebat q̄tuor alas. Finge
enim quodlibet animal quaſi quadratū. in qua=
dratu ſunt quatuor anguli. et in quolibet an=
gulo erat vna ala. Porro hi quatuor ſignifica=
ti ſunt per predicta quatuor flumina. Per phi=
ſon iohannes. Per geon matheus. Per tigrim
marcus. Per eufraten lucas. ſicut enim clare
probat innocentius tercius de euangeliſtis in
ſermone. Sunt etiam ſignificati per quatuor a
nulos arce. qui aurei et rotundi erant. in auro
claritas. in rotunditate que inicio caret ⁊ fine.
deſignatur eternitas. Ipi enī eternam chriſti
claritatem. et claram eternitatem deſcribunt.
Per duos anulos a ſiniſtris due euangeliſte ſci
licet matheus et iohannes. qui ab ipſo chriſto
fuerunt edocti ſignificantur. Quidam tamen p
duos anulos a ſiniſtris matheum et iohannem
qui adhuc paſſibili et mortali adheſerunt acci=
piunt. Per duos a dextris marcum et lucā qui
poſt aſcenſionem ei iam facto immortali et im=
paſſibili adheſerunt accipiunt. Per ſiniſtram e=
nim mortalitas. per dextrum immortalitas de=
ſignatur. Secundum illud. Leua eius ſub capi=
te meo. et dextra eius amplexabitur me. Et pro
pter hanc cauſam in picturis eccleſiarum Pau
lus ad dextram ⁊ petrus ad ſiniſtram ſtatuun
tur ſaluatoris. et in bulla papali caput pauli a
dextris crucis. et caput petri a ſiniſtris. Sa=
ne in quibuſdam eccleſijs antiphona ad magni
ficat in eorum officio ē. Ecce ego iohannes vi=
di hoſtium aptum in celo et cetera. apoca. quar
to. Per horas autem dicitur capitulum. In me
dio eccleſie aperuit os eius. eccleſiaſtici. xv. et
illud. Cibauit illum dominus pane vite et intel=
lectus. ibidem. et illud. Iocunditatem et exulta
tionem theſauri. quod eſt ibidem. Omnia re=
ſponſoria ſumpta ſunt de ezechiele. Primū eſt de
viſione dei ſcilicet. Vidi coniunctos et cetera.
In laudibus vero habetur de miniſterio predi=
cationis eorum dilecti deo et hominibus et ce=
tera eccleſiaſtici. xlv. capitulo. Introitus miſ=
ſe proprie eſt. Os iuſti meditabitur ſapientiam.
Tamen iohannes euangeliſta habet introitum
proprium propter priuilegiū amoris et digni=
tatis videlicet. In medio eccleſie aperuit os eiꝰ
et cetera. quia ipſe nō tantum fuit euangeliſta
ſed etiam propheta. quod patet in principio li=
bri apocalip. vbi dicitur. Beatus qui legit et
qui audit verba prophecie huius. et ſeruat ea
que in ea ſcripta ſunt et cetera. Notandum
tamen eſt ꝙ iſte introitus propter priuilegiū
predicationis ſecundario competit auguſtino.
gregorio ⁊ alijs expoſitoribus. Epiſtola in qui
buſdam eccleſijs eſt de figura quatuor anima=
lium. Ecce ego iohannes. vidi hoſtium apertū
apoca. quarto capitulo. Alie eccleſie dicunt il=
lam ezechielis. j. capitulo. Similitudo vultus
et cetera. Reſponſorium eſt. Beatus vir qui
timet dominum et cetera. Verſus eſt. Potēs in
terra erit ſemen eius et cetera. quod intelligi=
tur de ſemine verbi dei. et bonorum operibus.
Sequitur. Generatio rectorum benedicetur.
quia euangeliſte generant filios dei qui benedi
cuntur. Alleluia in quibuſdam eccleſijs eſt.
Ad ſion dicet. ecce aſſum. ⁊ iheruſalem euange
liſtam dabo. yſa. xlj. capitulo. In alijs vero ec
cleſijs dicitur alleluia. Beatus vir. Euangeliū
eſt. Deſignauit dominuꝫ et alios ſeptuaginta=
duos diſcipulos. luce. x. capitulo. ⁊ ſequitur. Et
dicebat illis. Meſſis quidam multa operarij ve
ro pauci. Offertorium eſt. Poſuiſti domine
ſuper caput et cetera. Poſtcommunio eſt
Magna eſt gloria eius in ſalutari ⁊c̄.

## De martiribus. Rubrica

Martir grece dicit̄ teſtis latine. Mar=
tires enim teſtes ſunt ꝙ chriſtus paſ
ſus eſt pro omnibus. et ipſi ꝓ chri=
ſto. Sane ſolus beatus laurentius in
ter martires vigiliam habet et octauam prout
ſub feſto eius dictum eſt. Omnes enī martires

ſingulares habent communia officia exceptis
ſtephano·laurētio·iohāne baptiſta·⁊ alijs qui
buſdā·Et ē introitus ad miſſā·Gloria et hono
re coronaſti eum dñe vel Sapientiā ſanctorum
eccleſiaſtici·xliiij·capitulo vł iudicabunt ſancti
ſapientie tercio capitulo·vel·Sacerdotes dei·
danielis·iij·vel·Letabitur iuſtus Si tamen in
paſchali tempore habent aliud officium·eo ꝙ in
illo tempore oportet ꝙ frequenter repetatur al
leluia ꝓpter gaudium reſurrectionis·Et tunc
eſt introitus·Protexiſti me a cōuentu malignā
tiū ⁊c̄·Et qꝛ corona debetur eis tanq̄ȝ victori
bus·ideo ſepe fit mētio d̄ corona·Vñ ſtephanꝰ
interpretať coronatꝰ·  Epiſtola v̄o q̄ñq̄ȝ diciť
ꝓ vno martire Iuſtus cor ſuum·ec̄ci·xxxix·ca·
q̄ñq̄ȝ illa·Beatus hō qui inuenit ſapiētiā ꝓuer·
iij·c·q̄ñq̄ȝ·iuſtoꝝ anime ſapiētie·iij·c·q̄ñq̄ȝ illa·
Iuſtus ſi morte p̄ocu·q̄ eſt ibidem·iiij·c·q̄ñq̄ȝ illa
Beatꝰ vir qui i ſapia·ec̄ci·xiiij·c·⁊·xv·q̄ñq̄ȝ illa
Benedictus deus ⁊ pater ad corin·j·c·q̄ñq̄ȝ illa
Memor eſto·ij·ad thi·ij·c·q̄ñq̄ȝ illa·Nemo mili
tans q̄ eſt ibidem·q̄ñq̄ȝ illa·Beatus vir qui in=
uentꝰ ē ec̄cl·xxxj·c·q̄ñq̄ȝ illa·Bñdictio dñi ſup
caput ꝓuer·xv·c·q̄ñq̄ȝ·Stabūt iuſti ſapie·v·c·
Euangeliū v̄o diciť q̄ñq̄ȝ Si quis vult pꝰ me
venire·math·xvj·c·q̄ñq̄ȝ illud Si quis venit ad
me luc̄·xiiij·q̄ñq̄ȝ illud·Niſi granū ioh·xij·c·q̄ñ=
q̄ȝ illud·Nolite arbitrari·math·x·q̄ñq̄ȝ illud·
Nihil opertum qđ eſt ibidem q̄ñq̄ȝ illud·Si quis
venit ad me ⁊ nō odit·luce·xiiij·c·  Pro pluri
bus v̄o martiribꝰ dr̄ q̄ñq̄ȝ epl̄a Lingua ſapien
tium·ꝓuer·xv·c·q̄ñq̄ȝ illa Benedictꝰ deus ⁊ pa
ter domini noſtri iheſu xp̄i·prima pe·j·c·q̄ñq̄ȝ·
Iuſtoꝝ anime ſapie·iij·c·q̄ñq̄ȝ·Rememoramini
priſtinos dies·hebreoꝝ·x·q̄ñq̄ȝ·Sancti ꝑ fidem
heb·xj·c·q̄ñq̄ȝ Expectatio iuſtorū leticia ꝓuer=
bioꝝ·xj·c·q̄ñq̄ȝ·Hi ſunt viri·ec̄ci·xliij·ca·q̄ñq̄ȝ
abſterget deus apoc̄·vij·c·q̄ñq̄ȝ·Reddet deus ſa
pientie·x·c·q̄ñq̄ȝ Iuſti aūt imppetuum viuent ſa
pientie·v·q̄ñq̄ȝ·Quis nos ſeparabit a caritate
chriſti·ad ro·viij·Alleluia eſt Hi ſūt due oliue
apoca·xj·  Euangelium v̄o q̄ñq̄ȝ diciť·Cū au=
dieritis prelia luce·xxj·q̄ñq̄ȝ·Deſcēdens iheſus
de monte luce·vj·c·q̄ñq̄ȝ videns iheſus turbas
mathei·v·quandoq̄ȝ·Egrediente iheſu de tem=
plo mathei·xiiij·c·quandoq̄ȝ·Attendite a fer=
mento phariſeorum luce·xij·c·quandoq̄ȝ illud
Sedente iheſu ſuper montem oliueti·mathei·xx
iiij·capitulo quandoq̄ȝ illud·Ve vobis qui edifi
catis·luce·xij·capitulo quandoq̄ȝ illud·Qui
vos audit·luce·x·quandoq̄ȝ illud·Confitebor
tibi pater mathei·xj·capitulo·  Dicitur poſt
communio Amen dico vobis·quod vni·mathei
v·capitulo·quandoq̄ȝ·Et ſi coram hominibus·
ſapientie·iij·c·quādoq̄ȝ·Quicūq̄ȝ fecerit mathei
xij·capitulo·quandoq̄ȝ·Dico autem vobis ma=
thei·x·c·q̄ñq̄ȝ Signa autē marci·vlti·c·⁊ q̄ñq̄ȝ
Multitudo luce·vj·c·  In nocturnali vero of
ficio·Primum reſponſorium eſt Iſte ſanctus ꝓ
lege dei ſui certauit vſq̄ȝ ad mortem ⁊c̄·et eſt

quinti toni·quia petulācia quinq̄ȝ ſenſuum fuit
mactata in eis In tempore vero paſchali primū
reſponſorium eſt·Beatus vir qui metuit domi=
num·et eſt octaui toni propter octauā que ſig
nificat gloriam reſurrectionis·quia ſancti mar
tires in tollerādis tormentis ſe habuerunt cō
ſtanter·et conſtantia a ſolo deo eſt ideo illud·
reſponſorium·O veneranda martirum ⁊c̄·can=
tatur pro eis·et eſt quinti toni·quia martires
quinq̄ȝ ſenſus deo immolauerunt  De martiri
bus etiam cantať illud reſponſorium Fulgebūt
iuſti et tanquam ſcintille in arundineto diſcur=
rent vidi·na·et reg·in eternum ⁊c̄·ſapientie·iij·
capitulo Iuſti fulgebūt in futuro diuerſis bea=
titudinibus·prius tamen in hoc ſeculo diſcur=
rent id eſt per diuerſas mundi partes·curſitan
do diuina verba alijs annunciabunt·et hoc fa=
ciunt more ſcintillarum diſcurrentium per arū
dinetum·ſicut enī ſcintille ſeu fauille ignis arū
dinetum·id eſt materiam fragilem arundinum
atterunt·et anichilant·ſic et ſancti ſua predi=
catione ignita id eſt diuino igne accenſa vicia
que reſpectu forcium virtutum fragilia ſunt
deſtruent·iudicabunt id eſt dominabuntur na=
ciones id eſt illos qui in peccatis ſuis perman=
ſerunt·et regnabunt in eternum id eſt in eterni
tate cum deo recipient immortalitatem et im=
paſſibilitatem·ceteraſq̄ȝ virtutes·  Rurſus in
his verbis exprimitur ſtola carnis quam ſan=
cti recipient·que conſiſtit in quatuor ſcilicet in
claritate ſubtilitate·agilitate ⁊ impaſſibilitatē
Nā fulgebunt clari et tanq̄ȝ ſcintille·ſubtiles
in arundineto diſcurrent agiles·et regnabit do
minus eorum imppetuum·⁊ ipſi cum dño impaſ
ſibiles·Nā abſtergēt deus omnem lacrimā ab
oculis ſanctoꝝ ⁊c̄·ymo exultabunt in gloria·
de in cubi·ſuis quod ad ſtolam ſpiritus referē
q̄ȝ etiam recipiunt ſancti·Et nota arundinetum
eſt locus·in quo ſunt multe arundines ſiue can
ne ſicut in paludibus·Flante autem auſtro ex
aſſidua confricatōne arundinum ignis accēdiť
ſcintille vndiq̄ȝ aduolant·et accenditur arundi=
netum·quod allegorice contingit in ſanctis·
De martiribus etiam cantatur·Circuierunt
in melotis·q·d·impera·Melota·te·eſt veſtis
facta de pilis cuiuſdam animalis·quod melota
vocať ſiue taxus eſt enim habitus neceſſarius
ad exercicia opis·Per horas etiam dicitur ca=
pitulum illud·Beatus vir qui ſuffert·iacobi·j·
capitulo ⁊ illud Beatus vir qui inuentus eſt ſi
ne eccleſiaſtici·xxxj·capitulo et illud Beatus
vir qui in ſapientia morabitur·eccleſiaſtici·deci
moq̄rto et illud·Iuſtorum anime ſapientie·v·⁊
illud Iuſti autem ibidem et illud Sancti ꝑ fidē
hebreorum·xj·capitulo et illud·Potuit enim
tranſgredi et non eſt tranſgreſſus eccleſiaſtici
xxxj·c et illud Corona aurea ſuper caput eius
ec̄ci·xlv·et illud Stolam iocunditatis induit·
ibidem ibi tamen dicitur Stola glorie et illud·
Sancti ludibria ⁊ verbera hebreoꝝ·xj·c·⁊ illđ

Tanquam aurum in fornace ſapiencie·iij·capi=
tulo et illud·Hi·ſunt qui venerunt de tribulatio
ne ſapientie·vij·c·et illud·Non eſurient neqꝫ ſi=
cient ibidem·et illud·Juſti tulerūt ſpolia impio
rum ſapientie·x·c·ꝛ illud In bonis iuſtorum ex
altabitur ciuitas ꝓuerbiorū·xj·c· Illud etiaꝫ
ſciendum eſt·ꝙ eccleſia celebrat feſtum quorū
dam martirum ve·teſta·prout dictum eſt de fe
ſto machab

De confeſſoribus·

Confeſſores dicuntur laudatores·li=
cet autem tam martires·quam virgi
nes quam etiam omnes ſancti·veri
ſint chriſti confeſſores·martires tam
in iraſcibili vincunt·tranſcendunt et ſuplucran
tur ſpeciale gaudium martirum· Et virgines
quia vincunt in concupiſcibili nomen virginuꝫ
ꝛ doctores quia alios ſuperant in racōnabili do
ctorum·et hinc eſt·ꝙ martires et virgines et
doctores aureola decorabuntur·Sane confeſ=
ſores diſtinguuntur in epiſcopos ꝛ in preſbite
ros·De epiſcopis dicitur meroitus·Statuit
eccleſiaſtici·xlv·capitulo·et epiſtola·Ecce ſa=
cerdos magnus·eccleſiaſtici·xlquarto ipſi e=
nim ſunt magni ſacerdotes et illud de epiſcopis
dicitur·Inueni dauid ſeruum meum·oleo ſan=
cto meo vnxi eum quia non tantum vncti fue=
runt in baptiſmo et in confirmatione et ordina
tione in preſbiteros·ſed etiam in conſecratio=
ne in epiſcopos·vt habeant miſericordiam ſuper
effluentem·et officia illa que incipiunt ſacer=
dotes·proprie competunt epiſcopis·cetera ſūt
cōmunia et plura ſunt reſponſoria octaui toni
quia afflixerunt·et crucifixerunt carnem ſuam
vicijs et concupiſcentijs propter octauam re=
ſurrectionis· Rurſus de confeſſoribus dicit̄
quandoqꝫ epiſtola·Dilectus deo eccleſiaſtici·
xlv·c·quandoqꝫ Teſtif.cor coram deo·ad thi=
motheum q̄rto quandoqꝫ Plures facti ſunt ſa=
cerdotes·ad hebre·capitulo·vij·quādoqꝫ·Dedit
dominus confeſſionem eccleſiaſtici·xlvij·capitu
lo·quandoqꝫ·Juſtus cor ſuum·que eſt eccleſia=
ſtici·xxxix·capitulo quandoqꝫ· Sapientia
laudabit animam·eccleſiaſtici·xxquarto capitu
lo·quandoqꝫ·Juſtum deduxit dominus·ſapiētie
decimo capitulo quādoqꝫ Doctrinis varijs ad
hebre·xiij·capitulo quandoqꝫ·Ego enim iam
delibor Alleluia Juſtus germinabit pſa·xxxv·
Euangelium vero dicitur quandoqꝫ Sint lum=
bi veſtri precincti·luc·xij·quandoqꝫ·Vigilate
mathei·xxquarto quādoqꝫ Homo peregre ma
thei·xxv·quandoqꝫ Videte et vigilate·marci·
xiij·quandoqꝫ Homo quidam nobilis·luce·xix·
quandoqꝫ·Nemo accendit lucernam·luce·xj·
quandoqꝫ Vos eſtis ſal terre·mathei·v·ca·quā
doqꝫ Nolite timere puſillus grex luce·xij·c·
Poſtcōmunio eſt Quinqꝫ talēta mathei·xxv·
ꝛ q̄nqꝫ fidelis ſeru9 mathei·xxiiij·c·ꝛ luc̄·xij·c·
Per horas vo dicitur capitulū illud Ecce ſa

cerdos ecci·xliiij·c·et illud Benedictōeꝫ omniū
gencium·quod eſt ibidem·ꝛ illud Cognouit eū
ibidem·et illud Juſtum deduxit ſapientie·x·c·ꝛ
illud Juſtus cor ſuum·eccleſiaſtici·xxxix·et il
lud Magnificauit eum in cōſpectu regum·ec=
cleſiaſtici·xlv·a·ſed ꝙ hic dicitur magnificauit
dr̄ ibi glorificauit·et illud Labia ſacerdotis cu
ſtodiunt·malach·ij·et illud Non eſt inuentus ſi
milis illi·ecci·xliiij·c·et illud Fungi ſacerdotio
et habere laudem·ecci·xlv·c·ꝛ illud Talis de=
cebat vt eſſet nobis pontifex ibidem·c·et illud
Collaudabunt multi ſapientiam eius·ꝛ vſqꝫ in
ſeculum non recedet memoria eius·eccleſiaſtici
xxxix·et illud Honeſtauit illum in laboribus·
ſapientie·x·b·et illud Cuſtodiuit illum·ab inimi
cis·quod eſt ibidem c· Illud autem notan=
dum eſt·ꝙ ſi plura feſta in eadem die concur=
rant illius qui inter eos maioris erit nominis
officium celebretur de hoc dictum eſt in prohe
mio huius partis·

De virginibus·R·

Officium matutinale maxima ex parte
ſumitur de pſalmo epitalamito ſcili=
cet Eructauit cor meum·in quo agit̄
de laudibus ſponſi et ſponſe·Virgi=
nes enim ſunt ſponſe chriſti·qui ſecūtur agnūꝫ
quocunqꝫ ierit in corpore ꝛ in anima propter in
tegritatem corporis et anime· Notandū aūt
eſt ꝙ illud reſponſorium quod eſt de ſponſo ſcꝫ
Audiui vocē de celo ꝛc̄·qd i quibuſdaꝫ eccleſijs
dr̄·eſt primi toni quia vnic9 ē ſponſus animaꝝ
chriſti·et ſumitur de math·xxv·Illud vero qd
eſt de contemptu mundi ſcilicet·Regnum mundi
ꝛ omneꝫ ornatum ſeculi contēpſi ꝛc̄·ē quinti to
ni·quia ibi oſtenditur conculcatio quinqꝫ ſenſu
um·De virginibus etiam cantatur illud·Fulci=
te me floribus·cantico·ſecundo ca·quod eſt ex
poſitum in·v·parte ſub ti·de ſexta· In qui=
buſdam eccleſijs dicunt verſiculum de virgini=
bus illum·Elegit eam de9·et preelegit eam
Sed alij rectius conſiderantes·ꝙ ſola beata vir
go maria preelecta eſt in honorem eius tantuꝫ
dicunt illum·pro alijs virginibus dicunt Ele=
git eam deus·et dilexit eam Per horas etiaꝫ
dicitur capitulum illud·Qui gloriatur prima
corinth·ſecundo·et prima corinth·decimo ca=
pitulo·et illud Emulor enim prima corinth·vn
decimo·et illud·Sapientia vincit ſapientie octa
uo·et illud·Memorati ſunt domine miſericor=
die tue eccleſiaſtici·li·et illud·Liberaſti me a ꝑ
ditione·ibidem·et illud·Accinxit fortitudine
lumbos ſuos prouerbiorum triceſimo primo

In officio miſſe ſi ſit virgo et martir pro=
prium officium eſt·Loquebar de teſtimonijs
tuis in conſpectu regum et cetera·Alia cōmu
nia ſunt·excepto ꝙ de beata agata dicit̄ introi
t9 Gaudeam9 oīnes in dn̄o ꝑ eo ꝙ ipa excellēt
letiſſima venit ad paſſionē·ſic̄ de ea ſcriptū ē A=
gata letiſſima ꝛ gl'ianter ibat in carcerē·id ei9
leticie noſtrā leticiam ſociamus ꝛ cū ea in dn̄o

Congaudemus · De beata etiam agnete officium miſſe eſt · Me expectauerunt · Racio quare poteſt ex eius legenda haberi · Et nota ꝙ de virginibus dicitur q̄nq; epl'a · Confitebor tibi domine eccleſiaſtici · li · c · quandoq; · Qui gloriatur · ij · ad corinth · x · quandoq; Domine deus meus exaltaſti · eccleſiaſtici · lj · quandoq; ſapientia laudabit animam · ſcilicet ſapientie · xxquarto quandoq; · Sapientia vincit maliciam ſapientie · octauo quandoq; de virginibus prima ad corinth · vij · quandoq; · Dominus poſſedit me · prouerbiorum · octauo · Alleluia et poſtcommunio · Quinq; prudentes · mathei · xxv · capitulo · Euangelium quandoq; dicitur · Simile eſt regnum celorum theſauro ab · mathei · xxquarto capitulo quandoq; · Simile eſt regnum celorum · x · virginibus · mathei · xxv ·

## De feſto dedicationis·

Quoniam in parte prima dictuȝ ē qualiter eccleſia dedicanda ſit reſtat vt hic aliqua de officio quod in feſto dedicatōnis eccleſiarum dicitur ſubiciamus · Feſtum ergo illud ſolenniter ab eccleſia celebratur · de quo in iohanne habetur · Facta ſunt encenia id eſt feſta dedicationis in iheroſolimis · et iheſus ambulabat in templo · in porticu ſalomonis ad confirmationem illius feſtiuitatis · Et dicitur porticus ſalomonis · quia ſalomon ſolebat ibi orare · et ibi orauit in die dedicationis · Hoc etiam feſtum in veteri teſtamento fiebat · Vnde legitur in primo libro machabeorum capitulo quarto · Elegit iudas machabeus ſacerdotes ſine macula et mundauerunt ſancta · Eccleſia enim militans poteſt mundari ſed non triumphans · Auguſtinus dicit in omel' · ſuper predicto verbo · Facta ſunt encenia illum diem quo templum dedicatum eſt · iudei ſolenniter celebrant · Celebrauerunt autem iudei encenia octo diebus · quare videtur ꝙ nos ſimiliter feſtum dedicationis debemus octo diebus ſolennizare · Sed miruȝ eſt · quare octo diebus celebrauerunt encenia · cum paſcha et cenophegiam non celebrauerint niſi per ſeptem dies tantum · Ad hoc eſt reſponſio quia hec feſtiuitas ſpecialiter ſignificat eternam dedicationem in qua eccleſia illa ſcilicet anima ſancta · ita deo dedicabitur id eſt copulabitur vt non poſſit ad alios vſus transferri · ꝙ erit in octaua reſurrectionis · ⁊ in nouo teſtamento · non habet hoc feſtum octauas · Hec eccleſia ꝯſtruitur in baptiſma · et in doctrina · et in penitentia · Hic enim auditur ſecuris et omnis generis ferramentuȝ id eſt omnia genera flagellorum · et diſciplinarum ſcilicet in hac eccleſia militante · que per tabernaculum moyſi ſignificatur · Tabernacula enim militantium ſunt · Templum vero illud ſalomonis ſignificat eccleſiaȝ triumphantem · in qua hec non audiunt̄ In matutinali officio dicuntur illi pſalmi · in quibus fit mentio de portis que ſpecialiter ſunt timor et amor · ſicut habetur in pſalmo illo · Domini eſt terra ibi · Attollite portas principes veſtras ⁊c̄ · Item illi in quibus fit mentio de altari · ſicut in pſalmo illo · Iudica me deus et diſcerne Itē illi in quibus fit mentio de ciuitate · vt ſunt illi · Deus noſter refugium ⁊c̄ · Magnus dominus noſter ⁊c̄ · Itē illi in quibus fit mentio de atrijs ⁊ de portis vt ſunt illi · Quam dilecta tabernacula ⁊c̄ · Fundamenta eius in montibus ſanctis ⁊c̄ · Sed queritur quare tunc dicitur pſalmus ille · Domine deus ſalutis mee ⁊c̄ · ad quod quidam dixerunt ꝙ ideo · qꝫ ibi fit mentio de ſepulcris · ſed hec ratio non valet · quia ibi non fit mentio ꝺ talibus ſepulcris · in quibus habitant ſiue ſepeliuntur corpora fidelium iuxta eccleſiam · ſed de ſepulcris malorum vnde dicimꝰ ꝙ ille dicitur pſ̄ · co ꝙ eſt pſalmus penitentionalis · et ſpecialiter ibi de oratione habetur que in eccleſia facienda eſt Vnde ibi dicitur · Intret oratio mea in conſpectu tuo · Dicit autem dominus de eccleſia · domus mea domus orationis vocabitur · Octauꝰ vero pſ̄ · eſt · Qui habitat in adiutorio altiſſimi id eſt in eccleſia quia ibi dicitur · altiſſimum poſuiſti refugium tuum quia ſuper omnes montes in vertice moncium fundata eſt eccleſia ·

Vltima vero antiphona ſcilicȝ ad magnificat in veſperis eſt · Pax eterna quia ad hoc celebratur dedicatio · vt dedicemur et habeamus illam pacem eternam Per horas auteȝ dicitur capitulum illud · Vidi ciuitatem apoca · xxj · ca · et illud · Ecce tabernaculum · ꝙ eſt ibidem et illud · vnuſquiſq; propriam mercedeȝ prima corinth · tercio et illud · Fundamentum aliud nemo poteſt ponere · corinth · tercio capitulo · Sane huic feſto competit · ꝙ iacob vidit ſcalam · et angelos aſcendentes et deſcendentes id eſt totam eccleſiam vidit vna viſione · et erexit lapidem id eſt chriſtum · qui eſt lapis in ſummo · ⁊ eſt lapis angularis et fundamentum · qui omnia ſuſtinet Erexit inq̄ȝ in titulum preconialem memorialē et triumphalem · fundens oleum deſuper · Siquidem iacob id eſt prelatus · fundit oleum ſuper lapidem id eſt chriſtum ad oſtendendum eiꝰ criſmata · Et idem prophetauit iacob dicens · Terribilis eſt locus iſte · non eſt hic aliud · niſi domꝰ dei et porta celi · vere dominus eſt in loco iſto · et ego neſciebam · Terribilis eſt enim eccleſia demonibus · propter dei ſimilitudinem quam habet · et propter hoc ad miſſam eſt introitus ·

Terribilis eſt locus iſte · geneſis · xxoctauo Sequitur · Et vocabitur aula dei · hoc appoſuit beatus gregorius · de ſuo · pro eo ꝙ ibi paratꝰ eſt deus exaudiri ſicut dixit dominꝰ ſalomoni · iij · regum · xiij · Exaudiui oracōnem tuam ⁊c̄ Quare autem terribilis ſit oſtenditur in verſiculo · Dominus regnauit decorem induit ſcilicȝ in membris ſuis · et ideo terribilis eſt eccleſia demonibus · In conſecratione vero altaris eſt

introit9. Dic't dominus ſermones mei. pſa. lix.
capitulo. et lvj. c. Epiſtola vero apoca. xxj. ca=
pitulo. vidi ciuitatem ſanctam iheruſalem et ce
tera. Reſponſorium eſt. Locus iſte ſcilicet ec=
cleſia materialis ſanctus eſt. quia ſanctificata
eſt. ad hoc. vt ibi dominus exaudiat preces. et
ideo preſtat orantibus ſanctitatem. Salomon
enim orauit. vt dominus orantes ibi exaudiret
et dominus dixit. Exaudita eſt oracio tua hoc
etiam ſignificatum eſt tercio. Regum octauo
capitulo vbi ſalomon dedicato templo ait. Qui
cunq; orauerit in loco iſto. exaudies in loco ta
bernaculi tui in celo. et cũ exaudieris propici9
eris. Alleluia eſt in quibuſdaʒ eccleſijs. O quã
metuendus eſt. geñ. xxviij. c. Euangeliuʒ do ẽ
Egreſſus iheſus luce. xix. c. eo q̄ habet̃ hodie
ſalus domui huic facta eſt. in quibuſdam tñ ec
cleſijs legitur euangeliũ de math. in quo habet̃
Et non potuerunt ſubuertere domum illaʒ. Fun
data enim erat ſupra firmam petram. Sequitur
offertorium de verbis dauid in paliponenon. j.
vlti. c. Vel ſecundũ alios ſunt verba ſalomonis
Domine deus in ſimplicitate cordis mei. letus
obtu'li vniuerſa hec. Obtulerũt enim ſacrificia
ineſtimabilia que ſignificant bonas opationes
ſiue cog'tatõnes ⁊ bona deſideria. que ineſtima
bilia ſunt et numero ⁊ precio. Sequitur poſtcõ
munio. Domus mea ⁊c̃. pſa. lvj. ⁊ math. vij. ca
pitulo Nota ſi feſtũ dedicatõnis eccleſie occur
rerit in paſſione domini. fit in ſequenti ebdo=
moda. Si vero in feſto aſcenſionis ⁊ de aſcen=
ſione fieret officium. et officiuʒ dedicatõnis dif
feretur. Salomõ enim dedicauit templum duo
decima die menſis. et decima die menſis occurre
bat cenophegia celebrauit autem dedicationeʒ
templi per ſeptem dies. et prorogauit cenophe
giam vſq; poſt dedicationem.

Sequitur octaua pars de computo et kalen
dario et de pertinentibus ad illa

Quoniam ſicut ait bea
tus auguſtinus ſacer
dotes computum ſci=
re tenentur alioquin
vix in eis ſacerdotis
nomen conſtabi t ſub
quo verbo noticiã cur
ſus temporis lune ac
kalẽdarij intelligim9
Quoniam computus
eſt ſcientia certificandi tempus ſecundum ſo=
lis et lune progreſſum. idcirco ad ſimplicium
ſacerdotum inſtructionẽ in hac octaua et finali
parte. de hoc aliqua claro compendio perſtrin=
gemus. prout ad vſum eccleſie dinoſcitur perti
nere. Dicitur autem computus a computo. tas
quia in ipſo computar do procedimus non quia
in ipſo computare doceamur. Et eſt duplex cõ=
putus ſcilicet aſtronomicus ſeu philoſophic9
et vulgaris. ſeu eccleſiaſticus. ſed de aſtrono=
mico nil ad preſens Vulgaris cõputus ẽ ſcien=
tia diſtinguendi tempus certa ratione ſiue ſciẽ
tia temporis diſcretiua ſecundum eccleſie vſum
Tempus vero prout hic ſumitur eſt ſecundum
tulium quedam quãtitat's anni. menſurni. diur=
ni ſeu alterius ſpacij. Vel temp9 eſt mora mo=
tus reruʒ variabilium cuius partes decem eſſe
dicuntur. ſcilicet annus. menſis. ſeptimana. dies
quadrãs hora. punctum. momentum. vncia et
athomus. Annus continet. xij. menſes et. lij. ſep
timanas. et diem vnam. et trecentos ſexaginta
quinq; dies et ſex horas. mẽſis cõtinet quatuor
ſeptimanas vel pauloplus. Septimana. vij.
dies Dies quatuor quadrãtes. Quadrãs ſex
horas. Hora quatuor puncta. Punctũ de
cem momẽta. Momentum duodecim vncias
Vncia. xlvij. athomos. Athomus indiuiſibi=
lis eſt. Nam thom os grece diuiſio dicitur. vn=
de athomos grece indiuiſio latine. Anni ergo
ſolaris fere duodecima pars menſis eſt. Sep
timana vero eſt fere q̄rta pars menſis. Dies na
turalis. ſeptima ps ſeptimane. Quadrans q̄rta
ps diei natura'is. Hora ſexta ps q̄drantis. Pũ
ctum quarta ps hore. Momentum decima ps
puncti. Vncia duodecima pars momẽti. Atho=
mos. xlvij. ps vncie. Eſt et alia temporis diui
ſio. ſcilicet per euum. per etatem. per ſeculum. per
luſtrum per olimpiadem. et per indic onem. de
quibus infra dicetur Ceterum tria ſunt tem=
pora annorum ſiue triplex eſt annus ſcilicet ſo
laris lunaris ⁊ magnus De quibus preuidim9
in hac octaua parte tractare. q̄ duas principali
ter habet ptes in quaruʒ prima agitur de anno
ſolari. et de magno. In ſecunda vero de lunari.

De anno ſolari. R.

In hac prima hui9 opis pte de anno ſo=
lari tractat̃. Que i quatuor ſubdiuidit̃
pticulas In quarum prima agitur quid
ſit annus. De inicio anni. De multiplici anno.
De duodecim ſignis. De biſexto. De quatuor
anni temporibus. et de ieiunijs illorum. De ſol
ſticijs. et de equinoctijs. De magno anno De
era. De olimpiade. De luſtro. De etate. De ſe=
culo. et de euo In ſecunda parte agitur d̃ mẽ
ſe. De kalẽdario. De nonis. De idubus Vnde
et qualiter dies denominẽtur. De diebus egip=
ciacis et canicularibus. In tercia agitur
de ſeptimana. et que ſit litera kalendarum cuiuſ
libet menſis in q̃a die ſeptimane quilibet men=
ſis incipiat. et de literis dominicalibus. De re=
gularibus ſolaribus. De cõcurrentibus et. De
indicione. In quarta agitur de die. de mo=
mento. et. De hora